Var. lect. Quae uncis inclusi, a Velseni et Heydemanni apographis absunt, quum lapis ab ea parte mutilatus sit. Ceterum utriusque exemplum accurate reddidi, antiquiorum variis lectionibus omissis. Inter Velsenum et Heydemannum summus consensus est, nisi quod Velsenus ubique Ο eadem qua ceteras litteras magnitudine, et Θ pro Θ et bis (v. 2 primo et tertio loco) Λ pro Λ habet.

Ἀγαθῇ τύχῃ. — | Ἀπόλλωνος Ἀγυιέως Προστατηρίο[υ] | Πατρῴου Πυθίου Κλαρίου Πανιωνίου.

---

176 In ecclesia, quae quondam fuit, S. Thomae. Ed. Pittakis l'anc. Athènes p. 62 (Rangabé Ant. Hell. 1058). Eph. 2696.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΠΑΤΡΩΙΩΙΚΑΙΑΡΤΕΜΙΔΙ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Var. lect. ΠΑΤΡΩΙΩΙ Pittakis in Ephemeride, ΠΑΤΡΩΩΙ idem in l'ancienne Athènes.

I. e. ..... Ἀπόλλωνι Πατρῴῳ καὶ Ἀρτέμιδι | ἀνέθηκεν.

---

177 Basis quadrangula lapidis Hymettii. Ad portam Acharnicam se invenisse dicit Pittakis, qui edidit l'ancienne Athènes p. 503 (et inde Rangabé Ant. Hell. 1044). Eph. 1825.

[ΑΠΟΛΛΩΝΟΣΑΓΥΙ]ΕΩΣΑΛΕΞΙΚΑΚΟΥ

Var. lect. Quae uncis inclusi in Ephemeride non sunt.

I. e. Ἀπόλλωνος Ἀγυιέως Ἀλεξικάκου.

---

178 Prope ecclesiam S. Athanasii se invenisse dicit Pittakis, qui edidit l'ancienne Athènes p. 442 (Rangabé Ant. Hell. 1037).

ΑΠΟΛΛΩΝΙΠΡΟΣΤΑΤΗΡΙΩΙ

I. e. Ἀπόλλωνι Προστατηρίῳ.

---

179 Fragmentum marmoris Pentelici. In museo societatis archaeologicae. Exscripsit Koehler.

ΠΟΛΛΩΝΑ
ΦΛΥΕΥΣ
ΣΑΥΤΟΥ

I. e. [..... Ἀ]πόλλωνα | [ὁ δεῖνα] Φλυεὺς | [ὁ ἱερεὺ]ς αὐτοῦ. Quid v. 1 ante Ἀπόλλωνα scriptum fuerit, non liquet.

---

180 '*Kleines, nur eine Spanne hohes Fussgestell eines Weihgeschenkes*' prope vicum Pikermi. Ed. Ross Arch. Aufs. I. p. 224.

ΜΟΣΤΡΑ
ΕΜ

Haud improbabiliter Rossius supplevit [Δη]μοστρά[τη | Ἀρτ]έμ[ιδι].

---

181 Fragmentum basis lapidis Pentelici, inventum ad Propylaea. Edd. Pittakis Eph. 933. 1919. Lebas Attique 118. Infra lapis integer est, a ceteris partibus mutilus, a. 0,10, l. 0,20.

ΕΚ ι ι Ο Ι
ΑΣΚΛΗΠ
ΩΝΑΝΕΘ

Var. lect. Altero loco (1919) Pittakis v. 3 alterum Ν omittit.

V. 1 quid fuerit non liquet, v. 2 Ἀσκληπ[ιῷ], v. 3 [ὑπὲρ τῶν παίδ]ων ἀνέθ[ηκεν] (?).

---

182 '*In muro Capucinorum prope monumentum Lysicratis; ex schedis Askewii Fourmontus. Supra inscriptionem sex pedes equini venuste elaborati sunt*' Boeckh C. I. G. 510.

ΑΣΚΛΗΠΙΩΚΑΙΥ

Var. lect. 'Ask. initio aliud Α, in fine C apponit; neutrum in marmore legi notat Fourmontus' Boeckh.

Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑ[γείᾳ].

---

183 Septentrionem versus ab arce ad ecclesiam S. Ioannis. Edidit Pittakis l'ancienne Athènes p. 166 (Rangabé Ant. Hell. 1054).

ΑΣΚΛΗΠΙΩΙΚΑΙ
ΥΓΙΑΙ

Ἀσκληπιῷ καὶ | Ὑγίᾳ.

---

184 In arce, marmor Pentelicum. Edidit Pittakis Eph. 1817. Exscripsit Koehler.

ιCΚΛΗΓ

Var. lect. Primum Λ et extremum Π Pittakis integra exhibet. Praeterea Ϲ pro C idem.

Ἀσκληπ[ιῷ].

185 In ara in ecclesia Ἁγία Κύρα. Ed. Pittakis l'ancienne Athènes p. 51 (Rangabé Ant. Hell. 1054).

ΚΑΛΛΙΑΣΥΠΕΡ
ΤΟΥΥΙΟΥΑΥΤΟΥΥΓΕΙΑ

I. e. Καλλίας ὑπὲρ | τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ (qui soloecismus pro eo quod debebat scribi τοῦ ἑαυτοῦ υἱοῦ nihil miri habet in titulo recentioris sine dubio aetatis) Ὑγείᾳ.

---

186 Lapidem septentrionem versus a prytaneo inventum esse dicit Pittakis, qui edidit l'ancienne Athènes p. 135. 36.

..ΟΝΑCΑ
..ΘΕΡΑΠΙΑ
..ΝΟCΟΥΚΑΤΟΝΑΡ
..ΜΕΓΑΛΗΕΝΟCΘΕ
ΜΕΤΑΤΩΝΙΑ
ΑΝΕΘΗΚΑΝ

Qua de re agatur satis perspicuum est; in integrum restitui tamen titulus non potest: v. 1 fortasse Ὀνασ[ώ] vel Ὀν[η]σᾶ[ς] fuit; sed etiam ....ον Ἀσ[κληπιῷ] fuisse potest, v. 2. 3 [ἐπὶ] θεραπ[ε]ίᾳ | [τῆς] νόσου κατ' ὄναρ, v. 4 μεγάλη [ἡ] νόσ[ος]?, v. 5 iam Pittakis supplevit μετὰ τῶν ἰα[τρῶν], v. 6 ἀνέθηκαν.

---

187 Fragmentum basis lapidis Hymettii, inventum in septentrionali parte paeninsulae Piraeei, a. 0,03 (?), l. 0,11. Ed. Pittakis Eph. 1591.

ΙΤΗΙ
ΠΕΡΤΟΥ
ΙΟΥ

[Ἀφροδ]ίτῃ | [... ὑ]πὲρ τοῦ | [υ]ἱοῦ. Pittakis supplet [Οὐρανίᾳ Ἀφροδ]ίτῃ, sed hoc spatii rationes non admittunt. V. 2 ante ὑπέρ nomen eius qui dedicavit scriptum fuisse videtur.

---

188 Septentrionem versus a turri Andronici. Ed. Pittakis l'ancienne Athènes p. 130 (Rangabé Ant. Hell. 1067).

ΑΦΡΟΔΙΤΗΙΚΑΤΟΝΑΡ.

I. e. Ἀφροδίτῃ κατ' ὄναρ [.... ἀνέθηκεν]? Dubium enim est utrum titulus integer sit an mutilus; id quod Pittakis puncto in fine addito videtur indicare voluisse.

---

189 In alta basi marmoris Pentelici reperta a. 1865 in theatro Bacchi. Edidit Pervanoglu Archaeol. Anzeiger Nr. 205 Januar 1866 p. 172. Descripsit Koehler.

ΑΦΡΟΔΙΤΕ
ΕΝΑΓΩΝΙΟ

Ἀφροδίτ[ης] Ἐναγωνίο[υ].

---

190 *'Dans l'église surnommée Corici'.* Edidit Pittakis l'anc. Athènes p. 489. 491 (Rangabé Ant. Hell. 1076).

ΔΗΜΗΤΡΙΚΑΙΚΟΡΗΙ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

191 In basi marmoris Pentelici a sinistra et nunc quidem a dextra quoque mutilata. Edd. Pittakis Eph. 1821. Rangabé Ant. Hell. 2370. Dextra (*b*) pars recentiore tempore periisse videtur, sinistram (*a*) denuo descripsit Koehler.

a *b*

AMONNIKO
ΡΚΑΙΗΜΗΤΗΡΔΗΜΗΤΡΙΕΥΧΛΟΗ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

I. e. ..αμον Νικοδ[ήμου ..... | ὁ πατὴ]ρ καὶ ἡ μήτηρ Δήμητρι Εὐχλόη | ἀνέθηκεν. V. 1 initio aut viri (vel pueri) nomen accusativo, aut puellae nominativo casu (cuiusmodi sunt multa in ον exeuntia) scriptum fuit, ita ut aut imaginis filii a parentibus dedicatae, aut donarii a filia una cum parentibus consecrati haec subscriptio sit. Utique mirus est singularis ἀνέθηκεν, sive ad duas sive ad tres personas spectat.

---

192 In ara mutila quadrata, supra rotunda. *'Seidenfabrik'* Velsen, qui exscripsit. Ed. Kumanudis Eph. nov. 80.

ΤΥΧΗΙ
ΙΔΙΩΝΥΣΩΤΕ
ΙΒΩΜΟΝ ⌀

[Ἀγαθῇ] τύχῃ | ....ι Διωνύσῳ τε | [τὸν] βωμόν.

---

193 Δημοδιδάσκαλός τις ἀντέγραψεν ἐν Σαλεσίῳ — μῆκος τοῦ στίχου 1,19, ἑκάστου δὲ γράμματος 0,3. τὰ γράμματα εἶναι τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐποχῆς'. Νέα Πανδώρα 1865 n. 365 p. 127.

Διονύσωι Αὐλωνεῖ Φιλωτέρα Διοδότου Κηφισιέως
θυγάτηρ,
Ἐπὶ ἱερέως Φιλήμονος τοῦ Ποπλίου Φυλάσου (*sic*)

Quum virorum nomina quae titulus habet admodum vulgaria sint, mulier autem haec alibi non commemoretur, tituli aetas definiri neqnit.

---

194 In parva ara lapidis qui dicitur πῶρος, inventa anno 1832 in horto d. Gaspari, qui tum consul Francogallicus erat. Ed. Ross Dem. nr. 42. Est etiam in Boeckhii schedis.

ΔΙΟΝΥCΩ
ΑΒΑCΚΑΝΤΟC
ΑΒΑCΚΑΝΤΟΥ
[Α]\Α..Υ[C]

Var. lect. Quae uncis inclusi, apud solum Rossium sunt. Praeterea litterarum formae differunt, ita ut Rossii exemplum Ω et Α, alterum illud Ω et Α exhibeat.

Διονύσῳ | Ἀβάσκαντος | Ἀβασκάντου | Ἀλα[ιε]ύς.

---

195 In ara marmorea quadrata. Olim Athenis, ubi transcripsit Fourmontus; vidit etiam Dodwellus in vicinia gymnasii Ptolemaei (Itin. T. I. p. 371), deinde venit in collectionem Choiseulianam (catal. Dub. n. 70, ubi titulus editus), deinde in museum regium (catal. Clar. nr. 599). Ex Claraci tabulis et ex schedis Fourmonti, Muelleri, St. Martini ed. Boeckh C. I. G. 489 (Pittakis l'anc. Ath. p. 143).

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΣΩΤΗΡΟΙΝΑΝΑΚΟΙΝΤΕ
ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΝΟΔΕΒΩΜΟΣ

I. e. Ἀγαθῇ τύχῃ. — Σωτῆροιν Ἀνάκοιν τε | Διοσκούροιν ὅδε βωμός.

196 Herma sine capite, inventus, ut dicitur, apud gigantes. Exstat in turri Andronici. Edd. Pococke. Inscr. ant. P. I. c. 5 s. 4 p. 51 nr. 22 (Iacobs. Paralip. Anthol. II. p. 773. Anthol. Pal. Append. nr. 177. Boeckh C. I. G. 457). Exscripsit Koehler.

ΕΡΜΗΝΝΑΙΑ
ΔΩΝΣΥΝΟΠΑ
ΟΝΑΘΗΚΕΜΕ
ΤΗΔΕ
ΕΣΘΛΟΣΑΝ
ΚΡΗΝΗΣΚΡΑΤΟ
ΕΠΑΕΝΑΟΥ

Ἑρμῆν Ναϊάδων συνοπάονα θῆκέ με τῇδε
ἐσθλὸς ἀνὴρ κρήνης κρατὸ[ς] ἐπ' ἀενάου.

---

197 Ara parva (a. 0,24, l. 0,15, c. 0,15) inventa anno 1855 in meridionali paeninsulae Piraeei parte. Edd. Pittakis Eph. 2586. Papasliotis in Gerhardi Archaeol. Anz. 1856 p. 139*.

[Ε]ΜΕΡΙΟΣ
[Α]ΡΕΛΛΙΟ
ΠΑΙΔΑΓΩ
ΓΟΣ
ΕΡΜΗ
ΗΓΕΜΟΝΙ

Var. lect. Quae uncis inclusi, Pittakis habet, Papasliotis omittit. V. 3 ultimam litteram Papasliotis integram exhibet Ω (sed fortasse in lapide ω fuit). Litterarum formas dedi, quales Pittakis exhibet.

Legendum est: [Ν]εμέριος | Ἀρέλλιος[ς] | παιδαγω|γὸς | Ἑρμῆ | Ἡγεμόνι. Nam neque Pittakisii Ἐμέριος admitti potest, quod omnino nullum nomen est, neque Papasliotae Ἡμέριος, quod hic omnino praenomine Romano opus est. Νεμέριος autem solitam apud Graecos formam latini praenominis Numerius esse constat (Hermae VI p. 297).

---

198 Edidit Pittakis l'ancienne Athènes p. 151 (Rangabé Ant. Hell. 1034).

ΔΙΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΒΗΣΑΙΕΥΣ

I. e. Διὶ | Ἀπολλώνιος | Βησαιεύς.

---

199 Parva ara marmoris Pentelici, cuius in superficie est cavum paterae simile, inventa inter Parthenona et Propylaea. Edd. Ross Kunstblatt 1840 nr. 17 (Arch. Aufsätze I p. 179). Pittakis Eph. 47. Schoell Arch. Mitth. p. 120 nr. 170. Beulé l'Acropole I. p. 338 (Lebas Att. 100. O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 47 nr. 29). W. Henzen Bullettino dell' Instituto p. 96 ad nr. 15. Exscripsit Koehler.

ΤΟΝΔΕΛΥΚΟ
/////////////////
ΚΑΤΟ
ΝΙΡΟΝ
ΤΩΙΞΕ///ΝΩΝΕ
ΦΟΡΩΙΒΩΜΟΝ
ΕΘΕ///ΤΟΔΙΙ

Post v. 1 versus de industria exsculptus est, item una littera versu ultimo inter ΕΘΕ et ΤΟ.

Τόνδε Λύκο[ς καὶ _ ∪∪ _ ∪∪ _] κατ' ὄνιρον
τῷ ξε[ί]νων ἐφόρῳ βωμὸν ἔθε[ν]το Διί.

Henzenus perspexit, et quae v. 2 scripta fuerant et vocem ἔθεντο deleta indicio esse, principio duos fuisse, qui aram dedicarent, deinde ob dissensionem aliquam Lycum socii sui nomen delevisse. Idem distichon elegiacum esse intellexit. Temporis indicia fere nulla insunt; ὄνιρον aetatem Romanam indicat.

---

200 In basi marmoris Hymettii, infra est a dextra parte mutila. In gradibus Parthenonis. Ed. Pittakis Eph. 3731. Contulit Koehler.

ΔΙΟΣ
ΚΑΤΑΤΗΝ

Διὸς ..... (hic videtur cognomen aliquod Iovis scriptum fuisse) | κατὰ τὴν [ἐπιταγὴν τοῦ θεοῦ (?).

---

201 Ἐν Ἀθήναις, ἐν τῇ αὐλῇ τῆς κατὰ τὴν ὁδὸν Ἀχαρνῶν νεοκτίστου οἰκίας, τῆς κειμένης καταντικρὺ τῆς ὑπ' ἀριθ. 817 οἰκίας, ἀνεῦρον καὶ ἀνέγνων ἐν τῇ πρώτῃ βαθμίδι μικρᾶς κλίμακος τὴν προτεθεῖσαν ἐπιγραφήν. Ὁ λίθος, ἐφ' οὗ ἡ ἐπιγραφή, ἐστὶ λευκὸς μαρμάρινος' P. Kupitoris, qui invenit et Kumanudi tradidit. Is edidit Φιλόπατρις 8 Nov. 1856. Lapis a dextra fractus. Litterarum, inprimis Alpha et Delta, formas aetatem Romanam post Chr. indicare Kumanudis refert.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΔΙΙ ΣΤΡΑΤΙ
ΔΙΟΤΙΜΟΣ ΥΨΙΚΡΑΤΗ
ΔΡΟΣΕΡΟΣ ΣΕΥΗΡΟΣ
ΟΙΑΜΑΣΕΙΣ

I. e. Ἀγαθῇ τύχῃ. — | Διὶ Στρατί[ῳ] | Διότιμος, Ὑψικράτη[ς], | Δρόσερος, Σεύηρος | οἱ Ἀμασεῖς. Nulla est causa, cur dubitemus cum Kumanude, utrum tres an quattuor sint qui dedicaverint. Nam Σεύηρος cognominis loco non nomini gentili Romano, sed Graeco nomini quod est Δρόσερος subiunctum singulare esset; imo duo diversi homines hi sunt.

---

202 In parva ara marmoris albi, quae nunc exstat in turri Andronici. Edd. Boeckh C. I. G. 494. Pittakis l'ancienne Athènes p. 489. Exscripsit Koehler. C. O. Muelleri apographum est in Boeckhii schedis.

ΗΛΙCIↃΙ

I. e. Ἡλίῳ.

---

203 Fragmentum arae lapidis Pentelici inventum prope turrim Andronici. Edd. Pittakis l'ancienne Athènes p. 128 (Rangabé Ant. Hell. 1095). Eph. 538. Lebas Attique 99. In Boeckhii schedis est apographum a L. Rossio confectum.

ΙΣΙ∠.ΔΙΚΑΙΟΣΥΝ
ΚΤΗΣΙΚΛΗΣΑΠΟΛΛΟΔ
ΑΛΙΜΟΥΣΙΟΣΑΝΕΘΗΚ
ΕΠΙΙΕΡΕΩΣΣΩΣΟΥ[ΤΟ]
ΧΑΡΜΙΔΟΥΑΙΘΑΛΙΔΟ[Υ]

ΖΑΙΟΡΕΥΟΝΤΟΣ
ΖΩΠΥΡΟΥΜΙΛΗΣΙΟ

Var. lect. Rossii apographum diligenter expressi. Quae uncis inclusi, apud eum non sunt.

Ἴσιδ[ι] Δικαιοσύν[ῃ] | Κτησικλῆς Ἀπολλοδ[ώρου] | Ἁλιμούσιος ἀνέθηκ[εν], | ἐπὶ ἱερέως Σώστου το[ῦ] | Χαρμίδου Αἰθαλίδου, ζα[κ]ορεύοντος Ζωπύρου | Μιλησίο[υ].

204 Edidit Pittakis, qui prope Theseum inventum dicit, l'ancienne Athènes p. 90.

ΠΟΛΛΑΕΡΙΑΤΡΙΣ . .
. . . . . ΛΑΜΠΤΡΕΥΣ
ΙΣΙΔΙΚΑΙΘΕΟΙΣ
ΑΙΓΥΠΤΙΟΙΣΤΑΣΑΑΑΑ[Σ] . . .

I. e. Πόλλα . . . . . | [? Θυγάτηρ τοῦ δεῖνος] Λαμπτρέ[ω]ς? | Ἴσιδι καὶ Θεοῖς | Αἰγυπτίοις τὰς [δ]ᾶ[δ]α[ς(?) ἀνέθηκε]. Quae tamen ratio restituendi tituli minime certa est; si concesseris v. 1 initium totius tituli servatum ibique Πόλλα praenomen mulieris, tempore imperatorum satis frequens, agnoscendum esse, tum in litteris εριατρις latere videntur eiusdem mulieris nomen gentile Romanum et initium cognominis Graeci; quae qualia fuerint obscurum est.

---

205 Fragmentum lapidis ab utroque latere fractum inaedificatum Eleusine in domo rustici cuiusdam prope Propylaea. Edd. Pittakis Eph. 2572 (Lebas Attique 295). Lenormant recherches archéol. à Eleusis p. 32 nr. 10. Apographum Pittakisii est in schedis Boeckhianis.

ΤΗΡΓΟΝΩΙΔΕΝΙΚΟΔΗΜΟΥΕ
ΟΥΚΑΙΙΕΡΕΥΣΣΕΒΑΣΤΗΣΔΙΚΑ[Ι]
[ΟΣΥΝΗΙΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙ]

Var. lect. Tertium versum Lenormant habet et Pittakis in schedis, qui in editione omisit. V. 2 ultimum Ι ex Pitt. schedis accessit. Ceterum is Α habet, Lenormant Α.

Ad argumentum tituli cognoscendum maximi momenti est versus 3. Quem re vera in lapide esse mihi persuasum est, cum Lenormanti testimonium Pittakisii apographo comprobetur. Quod si ita est, utique Lenormanti restitutio ([Ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος μὲν πα]τήρ, γόνῳ δὲ Νικοδήμου Ε[ἰτεαί]ου (vel aliud demoticum) καὶ ἱερεὺς Σεβαστῆς, Δικα[ι]|οσύνῃ καὶ τῷ δήμῳ) multis de caussis reicienda est. Nam neque [πα]τήρ suppleri licet propter formulam γόνῳ δέ (quam Lenormantus perverse idem significare vult atque υἱὸς δέ), neque si Ἐ . . . ου demoticon esset, huic sacerdotium subiungi posset particula καί, neque deam aliquam mero Δικαιοσύνης nomine Athenis cultam esse traditum aut probabile est, neque omnino tam exiguae fuerunt tituli partes quae perierunt. Imo sic fere supplebimus: [Ἡ δεῖνα τοῦ δεῖνος τοῦ δεῖνος δήμου Θυγά]τηρ, γόνῳ δὲ Νικοδήμου Ἐ[. . . ., καὶ ὁ υἱὸς αὐτῆς | ὁ δεῖνα κῆρυξ τῆς βουλῆς τῆς ἐξ Ἀρείου πάγ]ου καὶ ἱερεὺς Σεβαστῆς Δικαι[οσύνης καὶ . . . . . | Θεοῖς Σεβαστοῖς καὶ Ἴσιδι Δικαι]οσύνῃ καὶ τῷ δήμῳ. Non omnia certa sunt, neque praestiterim de praecone senatus Areopagitici dici, etsi aliquis in titulo nr. 57 suppleverit: Ὁ κῆρυξ τ[ῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βου]|λῆς καὶ ἀρ[χιερεὺς Σεβαστῶν καὶ ἱερεὺς] | Σεβαστῆς [Δικαιοσύνης] et illum hominem eundem esse coniecerit. Certe litterae . . . ου neque patronymici neque demotici reliquiae esse possunt propter sequens καί. De Iside Δικαιοσύνῃ v. nr 202. de formula γόνῳ δέ, qua origo naturalis opponitur adoptioni Keil Mus. Rhen. XX p. 535.

---

206 *'Athenis in tegulis duabus magnis, apud Fauvelium, qui edidit Magazin encycl. a. XVII (1812) T. II. p. 94. Dederunt etiam Dodwell. Itin. T. I. p. 400. Pouquevill. Itin. T. IV. p. 74'* Boeckh C. I. G. 487 (Lebas Attique 84. Ross Arch. Aufs. I p. 32).

ΙΕΡΑΝΜΗΤΡΙΘΕΩΝ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΚΑΙΑΜΜΩΝΙΟΣ

Var. lect. V. 1 ΜΙΤΡΙ Fauv. || v. 2 ΑΜΜΟΝΙΟΣ Fauv. Dodw.

Ἱερὰν Μητρὶ Θεῶν Διονύσιος καὶ Ἀμμώνιος, sc. ἀνέθεταν τὴν πλίνθον, *'ita ut eadem inscriptio singulis tegulis inscripta fuerit, quas illi dedicarant'* Boeckh. Ceterum Dionysium Ammonii f. Anaphlystium habes in titulo sepulcrali (v. indicem).

207 Fragmentum tabulae lapidis Pentelici, inventum *'εἰς τὸ ἐρείπιον τοῦ Κ. Ἰωάννου Παπαρρηγοπούλου μεταξὺ τῆς Ἐκκλησίας 'ἡ ὑπαπαντή'*. Edd. Pittakis Eph. 2820. Rangabé Ant. Hell. 1152.

ΜΗΤΡΟ[Σ]
ΩΝΚΑΙΑΙ
ΤΕΜΙΔΟ[Σ]

Var. lect. Quas litteras uncis inclusi, Rangabé non habet. V. 2 pro altero Α Pittakis Λ.

Μητρὸς | [Θε]ῶν καὶ [Ἀρ]|τέμιδος.

---

208 In parva ara marmoris Pentelici, inventa in theatro Bacchi; nunc est in arce. A sinistra parte inscriptio mutila est, a ceteris integra. Edidit Kumanudis Philist. IV p. 467 nr. 11. Exscripsit Koehler.

ΙΝΕΜΕΣΕΙ
ΙΛ /// ΔΗΣΣΑ
ΤΩΣΒΗ
Α /// ΥΣΟΠΡΟ
ΑΤΗΣΤΟΥ
ΙΕΡΟΥ

I. e. [Τῇ]ι Νεμέσει | . . . ιλ[ί]δης Σα[λ|μων]έως Βη|[σ]α[ι]εὺς ὁ προ|[στ]άτης τοῦ | ἱεροῦ.

---

209 Fragmentum basis lapidis Pentelici, infra Propylaea. Ediderunt Pittakis Eph. 876. Rangabé Ant. Hell. 1046. Lebas Attique 124. Exscripsit Koehler.

ΔΩΝ
ΚΑΤΑ
ΕΠΙΤΑΓΜΑ
ΤΟΥΘΕΟ

ΑΨΙΝΗΣ

I. e. [. . . Ποσει]δῶνα | κατὰ | ἐπίταγμα | τοῦ Θεο[ῦ]. | Ἀψίνης [ἐποίησε?].

---

210 *'Nymphaion auf dem Parnes'*. Exscripsit L. Ross.

ΛΤΛΘΙ
ΤΕ
ΕΛ ΙΝΕ
ΛΑΔΟΝΙΑΔΕ
ΤΕΙ ΝΛΕΟ
ΕΟΑΙ ΝΕ.Ω
ΙΟΥΠΑΝΟΕΟ
ΘΥΩΝΔΗΝ . .
ΤΟΦΙΜ.ΝΟΕ

Ἀ[γ]αθῇ [τύχῃ] | Τε . . . . . | . . . . . Κέ|λαδον [τ]άδε | . . . . . | σ[θ]αι [τὸν] νεὼ[ν] | [τ]οῦ Πανός· ὁ | θύων δ' ἦν . . . . Τ[ρ]οφιμ[ια]νός. De Panis cultu dici apparet. Reliqua fere omnia dubia sunt.

---

211 In basi lapidis Pentelici, a. 0,06, l. 0,12, inventa *'κατὰ τοὺς ἀγροὺς τοὺς περὶ τὰς Ἀθήνας'*. Exstat in museo societatis archaeologicae. Edd. Kumanudis Φιλόπατρις 10 April. 1859. Ἐπιγρ. Ἑλλ. ἐκδ. δαπ. τῆς ἀρχ. ἑταιρίας 1860 ἀρ. 35. W. Henzen (a Rhusopulo transmissum) Bullettino dell' Inst. 1860 p. 95 n. 15.

ΤΕΛΕΣΦΟΡ
ΑΙΜΙΛΙΑΝ
ΟΝΑΡΙΔΩ

I. e. Τελεσφόρ[ῳ] | Αἰμιλιαν[ὸς] | ὄναρ ἰδώ[ν].

212 *'Non loin de l'enceinte de l'Argyrocopion, église de St. Jean, marbre pentélique'.* Ed. Pittakis l'ancienne Athènes p. 479 (Rangabé Ant. Hell. 1082).

ΩΡΑΙΣΚΑΙΝΥΜΦΑΙΣΑΝΕΘΗΚΕΝ

I. e. *Ὧραις καὶ Νύμφαις ἀνέθηκεν.*

---

213 Koehlerus descripsit in turri Andronici. Est etiam in Boeckhii schedis.

ΔΑΙΜΟCΙ
ΧΘΟΝΙ⌀
ΟΙC

I. e. *Δαίμοσι χθονίοις.*

---

214 In ecclesia *ἁγία Σιών* se invenisse dicit Pittakis, qui edidit l'ancienne Athènes p. 488 (Rangabé Ant. Hell. 1085).

ΘΕΟΙΣ
ΧΘΟ
ΝΙΟΙΣ

I. e. *Θεοῖς χθονίοις.*

215 Fragmentum basis lapidis Pentelici, orientem versus a Parthenone, a superiore et inferiore parte integrum, ab utroque latere mutilum. Edidit Pittakis Eph. 2780.

ΘΟΝΔΑΙΜΟΝ

I. e. [Ἀγα]θὸν Δαίμον[α].

---

216 Titulus muro inscriptus in septentrionali Propylaeorum parte. Edd. Pittakis l'ancienne Athènes p. 245 (Rangabé Ant. Hell. 1057). Ross Kunstblatt 1837 n. 54 (Arch. Aufs. I p. 120).

ΔΕCΠΟΙΝΑ
ΑΡΤЄΜΙΚΟΛΛΑΙΝΙ

Var. lect. Pittakis tertium versum addit .L....N.KION.
Ac sane aliquid infra scriptum fuisse etiam Rossius indicat: *'Eine dritte Zeile, welche vielleicht den Namen des frommen Beters enthielt, ist nicht mehr zu lesen'.*

Δέσποινα | Ἄρτεμι Κολαινί.

---

217 Fragmentum tabulae lapidis Pentelici inventum *'εἰς τὰ ἐρείπια τῆς πρὸς τὸ βόρειον τῶν Προπυλαίων οἰκίας τοῦ δουκὸς τῶν Ἀθηνῶν'.* Edidit Pittakis Eph. 3723.

ΔЄCΠΟΙΝΑΠΑΛΛΑCΤΟΙ
ΦΡΟΝΗCΙCΑΝΔΩΝΚΑΙΛ
ΟΛΙΦΛΑΙΤЄΝΙ

Δέσποινα Παλλάς, τοὶ | φρόνησις ἀνδ[ρ]ῶν καὶ λ[ό|γος? μ]έλ[ε]ι, φ[ί]λαι τ' ἐνὶ ..... In his videtur rhythmus aliquis inesse, neque tamen certum et legitimum metrum agnoscitur, id quod in titulis inferioris aetatis nonnunquam usu venit.

---

218 Eleusine, ex schedis Fourmonti ed. Boeckh C. I. G. 439 (inde transscripsit Lebas Attique 365).

ΚΛΛΥΔΙΑΤΑΤΑΡΙΟΝΜΕΝΑΝΔΡΟΥΓΑΡΓΙΤΤΙΟΥΘΥΓΑΤΗΡΙΕΡΕΑΣΤΗΣ
ΕΠΙΜΕΛΙΞΕΝΤΩΝΤΗΣΚΑΤΑΣΚΕΥΗΣΚΑΙΚΑΘΙΕΡΩΣΕΩ

Κλ[α]υδία Τατάριον, Μενάνδρου Γαργ[η]ττίου Θυγάτηρ, ἱέρε[ι]α τῆς ..... | ἐπιμεληθέντων τῆς κατασκευῆς καὶ καθιερώσεω[ς .....

---

219 *'Marmorplatte 4' br. u. 3' hoch, in der Mitte gespalten. Das älteste auf derselben ist die Vase in Basrelief in der Mitte, vielleicht auch die beiden obersten Zeilen; später wurden die folgenden Zeilen eingehauen, noch später die Vase links als Nachzeichnung der ersten in den Stein eingekratzt. — Vor der Kirche 40 μάρτυρες, auf einem Hügel zwischen Λιοστχικὰ Καλύβια u. Menidi'* L. Ross. Edd. Chandler Inscr. P. II. n. 117 p. 77 et ex Fourmonti schedis Caylus Rec. d'Ant. T. VI. P. III. tab. 54 (cf. p. 176). Pouquevill. Itin. T. IV. p. 106. Praeterea Mustoxydis schedis usus est Boeckh, qui edidit C. I. G. 488 (Lebas Attique 284). Exscripsit L. Ross, cuius apographum fideliter expressi.



Hunc non esse titulum sepulcralem, sed donarii inscriptionem recte dixit Boeckhius. Ei qui dedicaverunt primis duobus versibus nomina incidisse videntur: *Ξενοκλῆς πρεσ[βύτερος]*, *Ξενοκλῆς (μέσος?)*, *Ἀπολλώνιος*, *Σεραπίων*, | *Διονύσιος*, *Φ(λάουιος?) Ξενοκλ[ῆ]ς) ν(εώτερος)*. Postea alii, qui fortasse ex illorum posteris vel cognatis erant, nomina sua addiderunt. Atque simul inscripti esse videntur: *Ἀριστόβουλος Στεφάνου*, *Φοῖβος Ἀριστοβούλου*, *Ζωσιμιανὸς Ἀριστοβούλου*, pater ut videtur cum duobus filiis, quibus fortasse tertius adiungendus est *Φιλάργυρος Ἀριστοβούλου*, etsi id nomen non eodem tempore cum illis incisum videtur, cum et in altera lapidis parte et litterarum genere diverso scriptum sit. Denique etiam *Ἀπολλώνιος ἱερε[ύ]ς*, *Εὔπορος ἱερε[ύς]*, *Ἀπολλώνιος Εὐπόρου* arctiore quodam cognationis vinculo inter se coniuncti fuisse videntur. Aetas tituli definiri nequit.

---

220 Ex schedis Koehlerianis edidit Boeckh C. I. G. 488[b] (Lebas Attique 299).

ΙΕΡΕΙΑΖΩΣΑΡΙϹ
ΜΟΡΟΔΕΙΣΙΟΣΙΕΡΕΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ)ΠΠΟΜΗΝΟ
ΡΑΦΙΚΟΣΠΠΟ ΑΛΚΕΤΗΣ
ΘΕΩΝΠΠΟ ΑΛΕΞΑΣ
ΖΩΙΛΟΣ

Titulum eiusdem generis esse atque eum qui antecedit perspexit Boeckhius. Nomina agnoscuntur haec: *Ἱέρεια Ζωσάριο[ν]*, *[Ἀφ]ροδείσιος ἱερεύ[ς]*, *Ἀλέξανδρος) πρ(εσβύτερος)*, *[Γ]ραφικὸς πρ(εσβύτερος)*, *Θέων πρ(εσβύτερος)*, *Μηνο . . . .*, *Ἀλκέτης*, *Ἀλεξᾶς*, *Ζωΐλος*.

---

221 Basis rotunda lapidis Pentelici, a. 0,20, diam. 0,60. Inventa in Piraeeo *'ἄνωθεν τοῦ ἀρχαίου Ἐμπορείου'*. Ed. Pittakis Eph. 2693.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΕΥ/ . . . .
ΑΝΕΘΗΚ

Διονύσιος Εὐδ[όξου] (vel *Εὐδήμου*, *Εὐδαίμονος*) . . . . . | *ἀνέθηκε*. Possit sane in litteris ΕΥ/ etiam aliud latere, veluti deae nomen *Εὐ[χλόη]* (sc. *Δήμητρι*, cf. nr. 191), aut *εὐ[χήν]*, *εὐ[χῆς χάριν]*, *εὐ[χαριστήτας]*.

---

222 In anaglypho prope antrum Panis. Edidit Pittakis l'ancienne Athènes p. 152.

ΦΙΛΙΠΠΟΥΦΛΥΕΥΣΑΝΕΘΗΚΕΝ

I. e. *[Ὁ δεῖνα] Φιλίππου Φλυεὺς ἀνέθηκεν.*

---

223 Fragmentum lapidis Hymettii, inventum ad Erechtheum. Ed. Pittakis Eph. 1820.

Μ
ΟΗΚΕΝ

ΤΤΙΟΣΕ

Agnoscuntur v. 2 *[ἀνέ]θηκεν*, v. 3 *[ὁ δεῖνα Σφή]ττιος* (aut *Κήττιος*, *Γαργήττιος*, *Συπαλήττιος*) *ἐ[ποίησε]*.

224 Basis marmoris Pentelici *'κατὰ τὴν ἐνορίαν καλουμένην Καλογριάνη'*. Ed. Pittakis Eph. 1823.

ΚΑΤΟΝΑΡ

I. e. *κατ' ὄναρ*.

---

225 In basi lapidis Hymetti a superiore parte mutila, inventa prope ecclesiam ad novam viam Minervae, ubi antea titulus ad Aesculapium pertinens inventus est. Exstat in stoa Hadriani. Edd. Ross Dem. nr. 109. Pittakis Eph. 518. Rangabé Ant. Hell. 1051. Denuo contulit Koehler.

ΠΟΛΛΩΝΙΟΥΙΟΥΙΣΩ
ΣΤΙΣΤΡΑΤΟΥΜΑΡΑΘΩ
ΝΙΟΥΙΕΡΑΤΕΥΟΝΤΟΣ
ΔΙΟΝΥΣΙΟϕΚΟΛΩ
ΝΗΘΕΝ

I. e. *[ἐπὶ ἄρχοντος(?) Ἀ]|πολλωνίο[υ τ]ο[ῦ] Σω|τιστράτου Μαραθω|νίου, ἱερατεύοντος | Διονυσίο[υ] Κολω|νῆθεν.*

---

226 In epistylio prope ecclesiam S. Spyridionis. Edd. Pittakis l'ancienne Athènes p. 51. Rangabé Ant. Hell. 581.

ΕΠΙΑΡΧΟΝΤΟΣΗΡΩΔΟΥΤΟΥΠΥΤΘΕΩΣ

I. e. *Ἐπὶ ἄρχοντος Ἡρώδου τοῦ Π[ι]τθέως*. Ultimum nomen non pagi videtur esse (qui scribi solet *Πιθεῖς* simplici consona), sed patris, cognominis Pittheo Troezenio, Thesei avo.

---

227 Orientem versus a Theseo. Edd. Pittakis l'anc. Athènes p. 102 (Rangabé Ant. Hell. 1171). Eph. 590. Rhusopulos Eph. nov. p. 25.

[ΕΓ]ΤΙΠΟΣΕΙΔΩΝΙΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣΑΝΕΘΗΚΑΝ

I. e. *Ἐπὶ Ποσειδωνίου ἄρχοντος ἀνέθηκαν*. Aetas definiri nequit.

---

228 Lapis Pentelicus cum anaglypho, inventus orientem versus ab Erechtheo. Edd. Pittakis Eph. 286. Pervanoglu Philol. XXIV p. 463. Contulit Koehler. Anaglyphum sic descripsit Pittakis: *'σώζεται μέγα μέρος τύπου παριστάνοντος τὰς ἀκολούθους γραφάς· δεξιῶθεν ἄνδρα ἱστάμενον ἐκτείνοντα τὴν δεξιὰν αὐτοῦ ἐπί τινος κειμένου ἐπὶ κλίνης καὶ ἀνυψουμένου ἵνα δείξῃ ἑαυτὸν τῷ ἰατρῷ τῷ παρακαθημένῳ αὐτῷ ἐπὶ δίφρου, οὗ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐφάπτεται'*.

ΕΠΙΙΕΡΕΩΣΔΙΟΦΑΝΟΥΣΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ . . . . . ΩΣ

I. e. *Ἐπὶ ἱερέως Διοφάνους τοῦ Ἀπολλωνίου [Ἀζηνιέ]ως*. Cf. titulum sequentem et quae ad eum adnotavi.

229 In fragmento basis marmoris albi prope eum locum ubi nr. 228 inventus est. Edidit Pervanoglu Philol. XXIV p. 463. Exscripsit Koehler.

ΥΙΙΕΡΕΩΣΔΙΟΦΑΝΟ
///ΟΥΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΑΖ

I. e. [Ἐ]πὶ *ἱερέως* Διοφάνο[υς | τ]οῦ Ἀπολλωνίου Ἀζ[ηνιέως].

Quam Pervanoglu intercedere vult his duobus titulis necessitudinem cum alio quodam, cuius hae supersunt reliquiae: *...ς ἱερεὺς γενόμενος με.....* Ἀσκληπιῷ *καὶ .....τος τοῦ υἱοῦ* Λεωνίδ*.. καν*φ*..ουσης* Σω*τει...της* Ἀθηναγόρου, ea nulla omnino ratione nititur. Nam nihil hi cum illo commune habent: Aesculapii nomen hic non est, imo aequo iure cuiusvis alius dei Diophanem sacerdotem fuisse dixeris. In illo autem titulo, ubi ex nomine sacerdotis nihil superest nisi sigma finale, temere et inconsiderate Pervanoglu [Διοφάνη]ς supplevit, qua in re Wachsmuthium in libro praestanti 'die Stadt Athen im Alterthum' I p. 680 eum secutum esse miror. Accedit quod ne eodem quidem loco cum his titulis ille inventus est, sed prope theatrum Bacchi. Denique ne aetas quidem eadem esse videtur, imo quam Pervanoglu repraesentat litterarum formam, illum titulum his duobus atque omnino aetate imperatorum Romanorum antiquiorem esse demonstrat. Neque maiore iure cum his tribus titulis eos coniungit, in quibus de Leonida daducho sermo est. Nam in titulo sacerdotis Aesculapii non [δᾳδουχοῦν]*τος*, sed [*ζακορεύον*]*τος τοῦ υἱοῦ* Λεωνίδου scribendum est, et ut ille Aesculapii sacerdos pater fuerit Leonidae daduchi, iam novum accederet argumentum, quo illum sacerdotem a Diophane Apollonii f. diversum fuisse demonstraretur: nam Leonidas daduchus Melitensis est, Diophanes vero sacerdos Azeniensis. Quae exposui ut appareret, cur ex illis tribus titulis quos Pervanoglu ad eundem hominem idemque tempus spectare vult, duos receperim, tertium ab hoc volumine excluserim.

---

230 Fragmentum Eleusine in parietinis templi Cereris et Proserpinae repertum, deinde Salamina translatum, ubi Fourmontus vidit in aula monasterii Beatae Virginis. Edd. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 125 (Vandal. Diss. p. 273). Boeckh C. I. G. 386[b]. Lebas Attique 300. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 135 nr. 28. Est etiam in L. Rossii schedis.

ΕΠΙΙΕΡΕΙΑΣΦΛΑΥΙΑΣΛΑΟΔΑΜΙΑΣ

I. e. Ἐπὶ *ἱερείας Φλαυίας Λαοδαμίας*. Eadem sacerdos etiam in alio titulo est (v. ind.), sed ad aetatem definiendam inde nihil lucramur.

---

231 In fragmento Hermae lapidis Pentelici, a. 0,25, l. 0,16, cr. 0,19; inventum est prope Propylaea in pariete domus. Exstat in gradibus Parthenonis. Ed. Pittakis Eph. 3421. Contulit Koehler.

(*phallus*)
ΖΑΚΟΡΕΥΟΝ
ΖΩΣΙΜΟΥΤΟΥΜ
ΕΚΜΥΡΙΝΟΥ

I. e. *ζακορεύον*[*τος*] | *Ζωσίμου τοῦ* Μ.... | *ἐκ Μυρινού*[*ττης*].

---

232 Basis marmoris Pentelici, Eleusine inaedificata in muro ecclesiae S. Zachariae. Ed. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 132 nr. 27.

ΕΠΙΙΕΡΕΙΑΣΚΛΕΟΚΡΑΤΕΙΑΣΤΗΣ
ΟΙΝΟΦΙΛΟΥΑΦΙΔΝΑΙΟΥΘΥΓΑΤΡΟΣ

I. e. Ἐπὶ *ἱερείας Κλεοκρατείας τῆς* | *Οἰνοφίλου* Ἀφιδναίου *Θυγατρός*. Cf. adn. ad nr. 118.

233 Eleusine. '*Sur un fragment de marbre pentélique tombé du petit temple supérieur et découvert dans les décombres au pied du rocher*'. Ed. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 36 nr. 11.

ΔΙΚΑΙΘΕ

Lenormant supplet [*Θεοῖς πᾶ*]*σι καὶ Θε*[*αῖς*]. Sed mihi veri simillimum videtur [Ἴσι]*δι καὶ Θε*[*οῖς Αἰγυπτίοις*] fuisse, ut nr. 204. Quamquam res incerta est et possunt multa alia excogitari.

---

234 'Athenis. Ex schedis Iulii Gustavini Murat. T. II p. MXXXI. 7' Boeckh C. I. G. 492.

ΝΕΙΚΙΑCΝΕΙΚΙΟC
ΑΖΙΝΕΥCΑΘΗΝΑ

I. e. *Νεικίας Νείκιος* Ἀζ[η]ν[ι]*εὺς* (vel Ἀ*τηνεύς*) Ἀθηνᾷ. V. 1 *Νεικίο*[*υ*] Boeckh, sed eo fortasse opus non est.

---

235 'Cephisiae in ecclesia B. Virginis'. Ex schedis Fourmonti ed. Boeckh C. I. G. 493.

ΜΗΤΡΩ
ΩΝΘΕ
ΩΝ

I. e. *Μητρῴ*|*ων Θε*|*ῶν*.

---

236 '*A block of white marble: height, 1 It. 3½ in; breadth, 13 in.; thikness, 7 in.*' Marmor Elginianum Viscont. nr. 6. Synops. Mus. Brit. nr. 223. Edd. Osann Syll. 5 p. 141. Boeckh C. I. G. 495 (ex Osanni Muelleri Rosii schedis). Omnium accuratissime Mon. Brit. p. 128 nr. 59, quod exemplum expressi, priorum editorum erroribus non enotatis.

	ΑΤΡΙΝΙΟΣΤΙΤC
	ΙΟΔΩΡΟΥΤΟΥΙ
	ΥΤΟΥΣΩΣΘΕΝΟΥΑϕΗΓΟ
sic	ΑΙΑΣΚΑΗΠΙΑΔΟΥΤΩΝΜΑΤΡ
5	ΣΥΝΠΛΕΟΝΤΕΣΝΑΥΤΑΙΑΠΟΛΛ
	ΤΑΡΣΙΩ ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

I. e. [Τίτος Μ]*ατρίνιος Τίτο*[*υ υἱὸς*] | .....*ιοδώρου τοῦ* ..|..... *υτου Σωσθένου,* Ἀφηγο|[*υμενοῦ? κ*]*αὶ* Ἀσκληπιάδου *τῶν* Ματρ[*ινίου* | *οἱ*] *συνπλέοντες ναῦται* Ἀπόλλ[*ωνι*] | *Ταρσίῳ χαριστήριον*. V. 1 *Σατρίνιος* Boeckh, *Σατρίνιος Τίτο*[*ς*] editor Anglus. At hae litterae quin ad patris, non ad filii praenomen spectent, non est dubitandum, et Matrinii nomen praetuli propter v. 4. Ἀφηγουμενός nomen inauditum sane, sed aliorum eiusmodi participiorum analogia defensum, supplere ausus sum, quia insequentis versus reliquiae dubitari non patiuntur, quin hic nominis proprii initium habeamus.

237 *'Fragment of a tablet of withe marble, broken at the top and left side, with relief representing part of a votive shoulder: height, 4 in.; breadth 4½ in.; thickness, 1½ in. Discovered by George, Earl of Aberdeen, K. G., 1803. Presented to the British Museum by George, Earl of Aberdeen, 1861'.* Mon. Mus. Brit. p. 133 nr. 70.

Infra anaglyphum:

ΛΘЄΩΥΨΙ
ΥΧΗΝ

I. e. ..... α Θεῷ Ὑψί[στῳ | ε]ὐχήν.

238 *'Fragment of a tablet of white marble, much mutilated, containing relief representing a pair of eyes, of which one only is now preserved: height, 5 in.; breadth, 3½ in.; thickness, 2 in. Discovered by George, Earl of Aherdeen, K. G., 1803. Presented to the British Museum by George, Earl of Aberdeen, 1861'.* Mon. Mus. Brit. p. 133 nr. 69.

ΙΣΤΟ

I. e. [.... Ὑψ]ίστῳ [εὐχήν]. Ceterum nr. 236—238 quintae potius huius partis classi ascribendi fuerunt. At monumentorum musei Britannici editionis ea pars, quae hos titulos continet, (in qua 237 et 238 omnino primum editi sunt, 236 accuratius quam apud Boeckhium, ut nunc demum cognoscere licuerit eum titulum huius aetatis esse) tum demum ad me pervenit, cum illa classis iam typis expressa esset.

PARS SEXTA.

AEDIFICIORVM PVBLICORVM ET PRIVATORVM TITVLI TERMINI SIMILIA.

CLASSIS PRIOR.

INSCRIPTIONES SEDILIVM THEATRI BACCHICI.

239 In supremo ex quinque gradibus scalae, quibus ex orchestra in scenam theatri Bacchi escendebatur, et in ea quidem parte, quae orchestram versus spectat. Lapis Hymettius est. Edd. Rhusopulos Eph. nov. 164. Pervanoglu Bullettino dell' Instituto arch. 1862 p. 118. W. Vischer Mus. nov. Helvet. III (1863) p. 70. Kumanudis Philist. III p. 461 (cf. IV p. 87), minusculis uterque.

ϹΟΙΤΟΔΕΚΑΛΟΝΕΤΕΥΞΕΦΙΛΟΡΓΙΕΒΗΜΑΘΕΗΤΡΟΥ
ΦΑΙΔΡΟϹΖΩΙΛΟΥΒΙΟΔΩΤΟΡΟϹΑΤΘΙΔΟϹΑΡΧΟϹ

Var. lect. Apud Pervanoglu non indicatur litteras O Θ ceteris minores esse; in omnibus aliis rebus apographa prorsus consentiunt.

Σοὶ τόδε καλὸν ἔτευξε, φιλόργιε, βῆμα Θεήτρου
Φαῖδρος Ζωΐλου, βιοδώτορος Ἀτθίδος ἀρχός.

Et scriptura et ipsius scalae structura, quam neglegentissime aedificatam Kumanudis refert, Phaedri opus titulumque Hadriani aetate recentiora esse indicant; videntur haec aut ad Septimii Severi filiorumque aut adeo posteriorem aetatem revocanda esse. Eadem aetate recentissimas ex sellarum marmorearum inscriptionibus incisas esse putaverim (v. adn. ad nr. 240—298).

240—298 In theatro Bacchi fuerunt olim sellae marmoris Pentelici per primum ordinem ita dispositae, ut quinas quisque cuneus haberet praeter duos extremos, quorum in utroque senae erant. Praeterea in medio cuneo solo etiam proximi duo post primum ordines eiusmodi sellis instructi sunt. Ex earum omnium numero duodesexaginta sellae inventae sunt anno 1862 partim integrae partim mutilatae, diversae inter se, cum aliae anaglyphis ornatae sint (atque ornatissima quidem sacerdotis Bacchi Eleutherensis sella (nr. 240), cuius imago est Eph. nov. tab. XXI. Illustrated London News 29 Nov. 1862), aliae eiusmodi ornamento careant. Pleraeque ita comparatae sunt, ut binae (veluti 246. 247 et 248. 250) aut adeo ternae sellae (264—266. 293—295. 296—298) inter se cohaerentes ex uno eodemque lapide effectae sint. Omnes vero, praeter eam cuius in superiore parte incisus est titulus honorarius Ulpii Eubioti (nr. 688), infra ipsam sedem in antica parte sustinent titulos, quos hic edimus. Ac singulae quidem sellae singulos titulos habent praeter unam, cui et infra sedem nr. 248 et litteris minoribus in superiore parte (ʻἄνω περὶ τὸ μέσον τῆς ἀνακλίσεως' Rhusopulos) nr. 249 inscriptus est. Ceterum omnes sellae suis locis inventae sunt, praeter 254. 255; quae quin iuxta polemarchi sellam olim positae fuerint, nemo dubitabit; inventa vero sunt harum sellarum fragmenta cum titulis prope cuneum quartum sinistrum, cuius ipsius sellae omnes perierunt. Minus certa res est de sella nr. 282 inventa in altero cunei tertii dexteri ordine; eam loco motam esse constat, nam reliqui cunei praeter medium sellas non habuerunt nisi in primo ordine; unde autem eo delata sit, dubium remanet. Denique illam quoque sellam duplicem, quae titulos nr. 248. 249. 250 habet, ubi inventa sit non ab initio fuisse existimat Vischer p. 12. Edidit horum titulorum plerosque (exceptis 248—260, qui paullo posteriore tempore inventi sunt) E. Gerhard in actis menstruis Academiae Borussicae mensis Maii 1862 p. 281—287 (Archaeol. Anzeiger 1862 p. 327* sqq. Philologus XIX p. 358 sqq.) ex ectypis chartaceis a Strackio transmissis, quibus mihi quoque uti licuit. Omnium sellarum titulos ediderunt Pervanoglu Bullettino dell' Inst. arch. 1862 p. 113 sqq. Rhusopulos (xylographia accurate expressos) Eph. nov. 85—104. 126—163 (cf. praeterea p. 102. 103. 133. 142. tab. XIX nr. 1. 2. XXI nr. 4). Kumanudis (minusculis litteris) Philist. III p. 363. 364 (nr. 1—20) p. 458. 459 (nr. 22—58) p. 460. W. Vischer (minusculis litteris praeter nr. 263 et 275) Mus. Helvet. nov. III (1863) p. 35—43 (nr. 1—77; tot efficiuntur numeri, quia etiam sellarum quae perierunt loca numerat). Ceterum hi omnes praeter Gerhardum et Rhusopulum omiserunt titulum 249. Cf. praeterea quae ad hos titulos adnotavit C. Keil Philol. vol. suppl. II p. 628 sqq., vol. XXIII p. 212 sqq. Quomodo singuli numeri nostri singulis priorum editorum respondeant, hic laterculus docet:

	Acad.	Eph.	Philist.	Vischer		Acad.	Eph.	Philist.	Vischer
240	p. 281 nr. 4	85	8	34	270	p. 282 nr. 15	91	12	30
241	p. 281 nr. 3	86	9	33	271	p. 282 nr. 1	90	11	31
242	p. 281 nr. 5	88	7	35	272	p. 287 nr. 21	160	24	22
243	p. 281 nr. 2	87	10	32	273	p. 287 nr. 22	161	23	23
244	p. 281 nr. 6	89	6	36	274	p. 287 nr. 23	162	22	24
245	p. 282 nr. 12	104	3	70	275	p. 283 nr. 21	96	17	25
246	p. 282 nr. 10	101	5	69	276	p. 283 nr. 20	95	16	26
247	p. 282 nr. 11	100	4	68	277	p. 286 nr. 16	155	29	17
248	p. 282 nr. 13[a]	103	2	71	278	p. 286 nr. 17	156	28	18
249	p. 282 nr. 13[b]		—	—	279	p. 286 nr. 18	157	27	19
250	p. 282 nr. 14	102	1	72	280	p. 286 nr. 19	158	26	20
251	p. 281 nr. 7	97	18	37	281	p. 287 nr. 20	159	25	21
252	p. 282 nr. 8	98	19	38	282	p. 287 sine numero	163	p. 460 sine numero	74
253	p. 282 nr. 9	99	20	39					
254	—	133	46	p. 39 sine numero	283	p. 285 nr. 11	150	34	12
255	—	132	47		284	p. 285 nr. 12	151	33	13
256	—	126	48	46	285	p. 285 nr. 13	152	32	14
257	—	127	49	47	286	p. 286 nr. 14	153	31	15
258	—	128	50	48	287	p. 286 nr. 15	154	30	16
259	—	129	51	49	288	p. 285 nr. 6	145	39	7
260	—	130	52	50	289	p. 285 nr. 7	146	38	8
261	—	131	53	51	290	p. 285 nr. 8	147	37	9
262	—	134	54	60	291	p. 285 nr. 9	148	36	10
263	—	135	55	61	292	p. 285 nr. 10	149	35	11
264	—	136	56	62	293	p. 284 nr. 0	139	45	1
265	—	137	57	63	294	p. 284 nr. 1	140	44	2
266	—	138	58	64	295	p. 284 nr. 2	141	43	3
267	p. 283 nr. 19	94	15	27	296	p. 284 nr. 3	142	42	4
268	p. 283 nr. 18	93	14	28	297	p. 284 nr. 4	143	41	5
269	p. 282 nr. 16	92	13	29	298	p. 284 nr. 5	144	40	6

Ex his titulis nonnulli deleta antiquiore scriptura incisi sunt, qua de re ne ei quidem quibus ipsos lapides examinare licuit in omnibus titulis certum et indubitatum iudicium ferri posse existimaverunt. Quae de ea re partim Kumanudis, Rhusopuli, Vischeri testimoniis partim ectyporum chartaceorum accurata perlustratione explorari potuerunt haec sunt:

a) Integro lapidi incisi sunt tituli 240. 242. 245. 247. 282. 285. Praeterea Kumanudis 246. 276 item nulla habere antiquioris scripturae vestigia putat, cum Rhusopulos contrarium de his lapidibus dicat; ectypa magis Kumanudis sententiae favere videntur, nam in nr. 246 omnino nihil eiusmodi agnoscitur, nr. 276 detritus potius videtur lapis casu quodam, quam litterae antiquiores exsculptae esse.

b) In antiquiorum erasorum locum substitutos esse manifestum est titulos nr. 241. 244. 248. 250. 251. 252. 253. 275. 278. 279. 283. 289. 291. Atque in his duobus (nr. 289. 291) vel litterae quaedam antiquioris scripturae in ectypis conspicua sunt: nr. 289 inter versus 1 et 2 infra C vocis ΙCΡΕΩΣ agnoscitur parvum E, supra alterius versus P vero eiusdem moduli Γ sive Γ; item nr. 291 vocis ΦΑΙΔΥΝΤΟΥ littera paenultima O antiquiori H inscripta est hunc in modum ⊟. Similia, sed minus certa etiam in aliis titulis sunt. Inter eos, quorum ectypa non habui, nr. 260 et 263 rescriptos esse testatur Vischer. Praeterea sicubi antiquior titulus unius modo versus fuit, eo eraso inscripta est vox ἱερέως, reliqua vero novi tituli verba infra in integro lapide addita sunt. Cuius rei certa vestigia in ectypis lapidum nr. 274. 277. 281. 297 apparent. Contra ea nonnunquam ex diversis litterarum formis Vischerus apparere dicit, solum primum versum, qui vocem ἱερέως contineret, ex antiquiore titulo remansisse. Sed hoc ita factum esse non licet pro certo pronuntiare nisi in uno titulo nr. 278.

c) De reliquis titulis res ambigua est; ac ne in ipsis lapidibus quidem certius quam in ectypis dignosci posse documento est, quod titulos nr. 267—271 omnes integro lapidi incisos esse Kumanudis pronuntiat, Rhusopulos vero eosdem omnes antiquiorum exsculptorum loca tenere existimat. Ex quibus nr. 268. 270 in rescriptorum numero esse ex ectypis perspicitur, ceteri dubii sunt.

In disponendis titulis id egi, ut ex eo ordine, quo se hic excipiunt, facillime intellegatur, quem quisque locum in ipso theatro teneat. Qua in re id tenendum est, sinistros cuneos me intellegere eos, qui in medio cuneo sedenti atque scenam intuenti ad sinistram manum sint, in ea parte caveae quae ad orientem vergit, dextros, qui in occidentali caveae parte sint. Numeravi cuneos a medio in utramque partem, ut primus cuneus sinister vel dexter iuxta medium sit, sextus iuxta introitum qui est ab utraque parte inter scenam et caveam. Cf. delineationem, quam proposuit W. Vischer l. l. in tabula post p. 114.

Cuneus medius.

Ordo primus.

(243) ΙΕΡΕΩΣ ΔΙΟΣΟΛΥΜΠΙΟΥ	(241) ΠΥΘΟΧΡΗΣΤΟΥ ΕΞΗΓΗΤΟΥ	(240) ΙΕΡΕΩΣΔΙΟΝΥΣΟΥΕΛΕΥΘΕΡΕΩΣ	(242) ΙΕΡΕΩΣ ΔΙΟΣΠΟΛΙΕΩΣ	(244) ///////////// ΘΥΗΧΟΟΥ

Ordo alter.

	(245) ΙΕΡΕΩΣ ΟΛΥΜΠΙΑΣ ΝΙΚΗΣ		Sella duplex (246) ΔΑΔΟΥΧΟΥ	(247) ΙΕΡΕΩΣ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣΠΥΘΙΟΥ

Ordo tertius.

	basis sine titulo	basis magna marmoris albi, in qua scriptus est titulus Hadriani archontis (nr. 464) post eam in quarto ordine inventa est sella duplex, quae continet titulos nr. 299. 300	Sella duplex (248) ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ (249) [ΚΥ]ΡΙΑ[Ι]ΒΒ///////	(250) ΚΗΡΥΚΟΣ

Cuneus primus sinister.

(251) ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΟC	(252) ΙΕΡΕΩΣ ΚΑΙΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣ	(253) ΙΕΡΕΩΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ελευθεριωc	periit	periit

Cuneus alter sinister.

(254)	(255)	(256)		
ΑΡΧΟΝ . . .	ΒΑCΙΛЄΩ.	ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΥ	periit [Θεσμοθέτου]	periit [Θεσμοθέτου]

Cuneus tertius sinister.

(257)	(258)	(259)	(260)	(261)
ΘΕCΜΟΘΕΤΟΥ	ΘΕCΜΟΘΕΤΟΥ	ΘΕCΜΟΘΕΤΟΥ	ΘΕCΜΟΘΕΤΟΥ ΓΟΡ	ΙΕΡΟΚΗΡΥΚΟΣ

Cuneus quartus sinister.

Omnes sellae perierunt

Cuneus quintus sinister.

			(262)	(263)
periit	periit	periit	ΙΕΡΕΩΣ ΙΑΚΧΑΓΩΓΟΥ	ΙΕΡΕΩΣ ΑΣ////ΚΛΗΓΙΟΥ ΙΙΛ . ΩΙΙΟC

Cuneus sextus sinister.

(264)	(265)	(266)			
ΙΕΡΕΩΣ ΠΥΡϕΟΡΟΥ ΕΞΑΚΡΟΠΟ ΛΕΩΣ	ΙΕΡΕΩΣ ΔΗΜΟΥ ΚΑΙΧΑΡΙΤΩΝ ΚΑΙΡΩΜΗΣ	ΚΗΡΥΚΟCΠΑΝΑΓΟΥC ΚΑΙ ΙΕΡΕΩΣ	periit	periit	periit

Cuneus primus dexter.

(267) ΘΕΞΗΓΗΤΟΥ ΕΞΕΥΠΑΤΡΙΔΩΝΧΕΙΡΟ ΤΟΝΗΤΟΥΥΠΟΤΟΥ ΔΗΜΟΥΔΙΑΒΙΟΥ	(268) ΙΕΡΕΩΣΧΑΡΙΤΩΝ ΚΑΙΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΕΠΙΠΥΡΓΙΔΙΑΣ ΠΥΡΦΟΡΟΥ	(269) ΙΕΡΕΩΣ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΦΥΤΑΛΜΙΟΥΘ	(270) ΙΕΡΕΩΣ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΔΗΛΙΟΥ	(271) ΙΕΡΟΦΑΝΤΟΥ

Cuneus alter dexter.

(272) ΙΕΡΕΩΣ ΔΙΟΣΒΟΥΛΑΙΟΥ ΚΑΙΑΘΗΝΑΣ ΒΟΥΛΑΙΑΣ	(273) ΒΟΥΖΥΓΟΥ ΙΕΡΕΩϹΔΙΟϹΕΝ ΠΑΛΛΑΔΙω	(274) ΙΕΡΕΩΣ ΜΕΛΠΟΜΕΝΟΥ ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΕΞΕΥΝΕΙΔΩΝ	(275) ΙΕΡΕΩΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΚΟΛΑΙΝΙΔΟΣ	(276) ΙΕΡΕΩΣ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΓΑΙΗΟΧΟΥΚΑΙ ΕΡΕΧΘΕΩΣ

Cuneus tertius dexter.

(277) ΙΕΡΕΩϹ ΕΥΚΛΕΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΝΟΜΙΑΣ	(278) ΙΕΡΕΩΣ ΔΙΟΝΥϹΟΥ ΜΕΛΠΟΜΕΝΟΥ ΕΚΤΕΧΝΕΙΤΩΝ	(279) ΙΕΡΕΩΣ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΠΑΤΡΟΟ	(280) ΙΕΡΕΩΣ ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΧΟΡΕΙΟΥΕΚΤΕ ΧΝΕΙΤΩΝ	(281) ΙΕΡΕΩΣ ΔΙΟΣΔΙΟΣΣΩΤΕΡΟΣ ΚΑΙΑΘΕΝΑΣΣΩΤΕΙΡΑΣ

post nr. 280 in altero sedilium ordine:

	(282) ΙΕΡΙΑϹΑΘΗΝΑϹΑΘΗΝΙΟΥ

Cuneus quartus dexter.

(283)	(284)	(285)	(286)	(287)
ΦΑΙΔΥΝΤΟΥ ΔΙΟCΕΚΠΕΙCΗC	ΙΕΡΕΩΣ ΔΩΔΕΚΑΘΕΩΝ	ΙΕΡΕΩCΔΙΟCΦΙΛΙΟΥ	ΙΕΡΕΩΣ ΜΟΥCΩΝ	ΙΕΡΕΩΣ ΑCΚΛΗΠΙΟΥ

Cuneus quintus dexter.

(288)	(289)	(290)	(291)	(292)
ΙΕΡΕΩΣ ΗΦΑΙCΤΟΥ	ΙCΡΕΩC ΟΥΡΑΝΙΑC ΝΕΜΕCΕωC	ΙΕΡΕΩC ΑΝΑΚΩΝ ΚΑΙΗΡΩΟC ΕΠΙΤΕΓΙΟV	ΦΑΙΔΥΝΤΟΥ ΔΙΟCΟΛΥΜΠΙ[Θ] ΕΝΑCΤΕΙ	ΙΕΡΕΩΣ ΑΠΟΛΛΩΝΟCΛΥΚΗΟΥ

Cuneus sextus dexter.

(293)	(294)	(295)	(296)	(297)	(298)
ΙΕΡΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΟΣ ΚΑΙ ΦΕΡΡΕΦΑΤΤΗΣ	ΙΕΡΕΩΣ ΔΙΟCΤΕΛΕΙ ΟΥΒΟΥΣΥΓΘ	ΙΕΡΕΩΣ ΘΗCΕΩΣ	ΙΕΡΕΩΣ ΛΙΘΟΦΟΡΟΥ	ΙΕΡΕΟC ΑΥΛΩΝΕΩΣ ΔΙΟΝΥCΟΥ	ΙΕΡΕΩCΑΠΟΛΛΩ ΝΟCΔΑΦΝΗΦΟΡΟΥ

Var. lect. Nr. 249 quae uncis inclusi solus Rhusopulos legit, et ea admodum difficilia esse lectu ex parte quidem ipse indicat cum dicit: *'τὸ πρὸ τοῦ Β γράμμα ἴνε ἀταφὲς ἐπὶ τοῦ λίθου καὶ μᾶλλον τῷ ἰῶτα ὅμοιον ἢ τῷ ἄλφα'*. Ex altera parte idem omittit ultimam litteram Ь. || 254 ΑΡΧΟΝ Rhusopulos. || 260 litteras ΓΟΡ exhibent Rhusopulos, Kumanudis, commemorat Vischer; Pervanoglu eas omittit. || 263 v. 2 ΑΣ ΚΛΙΠΟΥ Vischer, ΑΣ ΚΛΙΠΠΟΥ Rhusop., sed Vischer p. 53 lectionem emendavit his verbis: *'Erst während des Druckes ist mir ein Papierabklatsch dieser Inschrift zugekommen, aus dem ich ersehe, dass ganz deutlich* ΑΣ////ΚΛΗΠΙΟΥ *auf dem Steine steht, nur ist der obere Querstrich des* Π *so lang, dass er einerseits den zweiten des* Η *und andrerseits das* Ι *oben berührt'*. De vacuo spatio inter huius vocis litteras idem ibid.: *'Die Spuren davon (dass eine ältere Inschrift ausgemeisselt ist) zeigen sich schon in der Zeile, wo jetzt* Ἀσκληπιοῦ *steht, indem zwischen* Σ *und* Κ *ein leerer Zwischenraum, gross genug für einen bis zwei Buchstaben, gelassen ist, offenbar weil die Fläche zu uneben geworden war, um neue Schrift darauf zu setzen'*. Ceterum ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ Pervanoglu, vacuo spatio non indicato, Ἀ *σκληπιοῦ* Kumanudis, ut is potius inter Α et Σ spatium intercedere indicare videatur, nisi id casu factum est. || Eiusdem tituli v. 3 nihil nisi ΩΟΣ Vischer, Ч Ω ∩ Ⅽ Rhusopulos. Quod recepi, Kumanudes habet, nisi quod Ω non integrum et Σ pro Ⅽ exhibet. Pervanoglu hunc versum omisit. || 279 ΠΑΤΡΟΟΥ Pervanoglu. *Πατρῴου* Vischer, Kumanudis. Sed hanc vocem non integram superesse in lapide cum Rhusopuli xylographia prodit, quae ΠΑΤᴾᴼᴼϒ exhibet, tum ectypum chartaceum, in quo nihil agnoscitur nisi quod Gerhardus recepit et ego supra expressi. || 291 ΟΛΥΜΠΙΟΥ Pervanoglu, ΟΛΥΜΠΙΘ Rhusopulos (Ὀλυμπίου Kumanudis, Vischer), ΟΛΥΜΠΙ∩/// Gerhard. Ac sane in ectypo post Ι nihil nisi superior pars litterae Ο agnoscitur, sed utrum post hanc litteram alia scripta fuerit, necne, diiudicari iam non potest.

240 *Ἱερέως | Διονύσου | Ἐλευθερέως.* Dei cuius theatrum est sacerdos honoratissimum inter omnes locum tenet, qui est medius primi ordinis spectantium.

241 *Πυθοχρήστου | Ἐξηγητοῦ.* Exegetae tres sunt; praeter hunc is qui ex Eupatridarum numero totius populi suffragiis eligitur (nr. 267) et tertius ex gente Eumolpidarum (nr. 720). Recte sine dubio Vischerus Timaeum in lexico Plat., ubi dicit *Ἐξηγηταὶ τρεῖς γίνονται Πυθόχρηστοι*, errasse iudicat, quum potius dicendum fuerit tres esse exegetas publicos, inter quos unus sit *πυθόχρηστος*, i. e. Apollinis Pythii oraculo designatus. Ceterum Aelium Zenonem *πυθόχρηστον* habes n. 684.

242 *Ἱερέως Διὸς Πολιέως.*

243 *Ἱερέως | Διὸς Ὀλυμπίου.*

244 *Θυηχόου.* Non probanda videtur Keilii coniectura qui *ἱερέως | Θυηχόου* scriptum fuisse putat. Nam quae supra hanc vocem exsculpta sunt, ea non eiusdem tituli fuisse videntur sed antiquioris.

245 *Ἱερέως | Ὀλυμπίας | Νίκης.* Huic Victoriae honores divinos inde ab Hadriani demum tempore ab Atheniensibus tributos esse iam Vischerus coniecerat. Qua de re iam dubitari non licet, quum ab eo Olympiorum ludos Athenis institutos esse constet (nr. 127).

246 *Δᾳδούχου.*

247 *Ἱερέως | Ἀπόλλωνος | Πυθίου.*

248 *Στρατηγοῦ.* Unius modo praetoris sella est, *στρατηγοῦ ἐπὶ τὰ ὅπλα.* Neque omnino aut alius praetor commemoratur imperatorum tempore aut usquam de praetoribus eiusdem anni plurali numero dicitur, ita ut caeteris praeturis abrogatis haec una mansisse videatur.

249 Hae reliquiae incertissimae sunt, neque veri similis est Rhusopuli coniectura, *κύρια ιβ'*, i. e. *κύρια (ἐδώλια) δώδεκα* scripta fuisse; nam quid significet *κύρια ἐδώλια* vix assequi possis.

250 *Κήρυκος.* Hunc Vischerus senatus populique praeconem esse vult. Sed quum hic cum praetore coniungatur, fortasse ad praeconem senatus Areopagitici potius titulus referendus est, quippe qui etiam in plebiscito nr. 10 proximum post archonta eponymon et praetorem dignitatis locum teneat, ut hi tres tum summi totius reipublicae magistratus fuisse videantur.

251 *Ἱερομνήμονος.* Etsi fuerunt Athenis etiam alii hieromnemones, quorum munus ad Herculis cultum spectabat, tamen hunc qui simpliciter hieromnemon audit, dei nomine non addito, ad amphictioniam Delphicam referendum esse demonstravit H. Sauppe De amphictionia Delphica deque hieromnemone Attico. Gotting. 1873 p. 10.

252 *Ἱερέως | καὶ ἀρχιερέως | Σεβαστοῦ Καίσαρος.* Non in universum accipiendum esse videtur *Σεβαστοῦ Καίσαρος*, ut de eius qui quoque tempore fuit imperatoris sacerdote intellegatur, sed ad Caesarem Augustum imperii auctorem referendus videtur titulus, cuius sacra peculiaria atque a caeterorum imperatorum defunctorum cultu separata mansisse credibile est; distinguendus igitur hic sacerdos ab eo qui dicitur *ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν.*

253 *Ἱερέως | Ἁδριανοῦ | Ἐλευθερ[έ]ως.* Extremum vocabulum non modo ceteris recentius sed etiam aliquanto post Hadriani mortem incisum esse cum litterarum forma, tum scriptura *αι* pro *ε* indicat; nam quae eius orthographiae exempla Hadriani et Antonini Pii aetate inveniuntur, veluti *Φηγεεύς, Πειρεεύς* similia, alius generis sunt. Quare additamentum illud ad alterius p. Chr. saeculi finem aut tertii initium rettulerim; cur tum demum hoc cognomen adscriptum sit, obscurum est.

254 *Ἄρχον[τος].*

255 *Βασιλέω[ς].*

256 *Πολεμάρχου.*

257—260 *Θεσμοθέτου* quater; duae thesmotetarum sellae pererunt iuxta polemarchum in cuneo altero sinistro. Quae in una ex his quattuor sellis (nr. 260) magistratus designationi subscriptae sunt litterae *Γορ....*, ea aut ex thesmothetae alicuius nomine (veluti *Γορ[γίας]*) superesse — quod sane in magistratu annuo non veri simillimum esse — aut omnino non pertinere ad *Θεσμοθέτου*, sed alius tituli sive antiquioris deleti reliquias sive recentioris incohati neque perfecti initium esse suo iure pronuntiavit W. Vischer p. 45.

261 *Ἱεροκήρυκος.*

262 *Ἱερέως | Ἰακχαγωγοῦ* cf. nr. 162. 163.

263 *Ἱερέως | Ἀσκληπιοῦ | Πα[ί]ω[ν]ος.* Tertii versus vestigia Rhusopulos interpretatur *ἥρωος*, Vischerus non modo de ea re dubitat, sed omnino hunc versum ad antiquiorem titulum pertinere conicit, quem inscriptum fuisse et deletum esse vestigia quaedam in versu 2 conspicua demonstrant (cf. var. lect.). At mihi haec sententia minus probatur cum propter litterae sigma figuram (qualem Rhusopulos in lithographia exhibet, contra quem non licet provocare ad Kumanudis et Vischeri testimonium, quippe qui typis vulgaribus usi illam formam exprimere non potuerint) tum quia alium Aesculapii sacerdotem habemus nr. 287; quare hic cognomine dei addito ab illo distinguatur necesse est. Ut *Παίωνος* potissimum supplerem inprimis eo permotus sum, quod litterarum reliquiae quales Kumanudis invenit cum illo *ἥρωος* conciliari nequeunt. Et hoc cognomen (sive geminam eius formam *Παιάν*) Aesculapio cum patre Apolline commune esse etiam titulus nr. 171 docet.

264 *Ἱερέως | πυρφόρου ἐξ ἀκροπόλεως.* In his *πυρφόρου* non dei vel herois nomen alicuius est, sed sacerdotis officium significat ut *λιθοφόρος* nr. 296. *βουζύγης* nr. 273. 274. Cf. adn. ad n. 268.

265 *Ἱερέως Δήμου | καὶ Χαρίτων καὶ Ῥώμης.*

266 *Κήρυκος παναγοῦς | καὶ ἱερέως.* Ad idem sacerdotium, quod accuratius definiri non potest, iam Vischerus recte rettulit *ἱερέα παναγῆ* in titulo Herennii Dexippi nr. 716 (nunc accessit alter n. 717).

267 *Ἐξηγητοῦ | ἐξ Εὐπατριδῶν χειρο|τονητοῦ ὑπὸ τοῦ | δήμου διὰ βίου.* Cf. adn. ad nr. 241.

268 *Ἱερέως Χαρίτων | καὶ Ἀρτέμιδος | Ἐπιπυργιδίας | πυρφόρου.* Dianam hanc eandem esse, quae *Ἑκάτη ἐπιπυργιδία* dicitur a Pausania II, 30, 2 verissime dicit Vischer. Minus recte idem de voce *πυρφόρος* (sic cum ipse scripsisset in tituli verbis, miro errore in disputatione *φωσφόρου* substituit). Ea vox non ad *Ἀρτέμιδος*, sed ad *ἱερέως* referenda est ut nr. 264. Collocatio verborum plane eadem est nr. 294.

269 *Ἱερέως | Ποσειδῶνος | Φυταλμίου.* Praeter hunc titulum Athenis non inveniri hoc Neptuni cognomen, sed Troezene (Paus. II, 32, 7) monuit Vischer.

270 *Ἱερέως | Ἀπόλλωνος | Δηλίου.*

271 Ἱεροφάντου.

272 Ἱερέως | Διὸς Βουλαίου | καὶ Ἀθηνᾶς Βουλαίας. Cf. nr. 683.

273 Βουζύγου | ἱερέως Διὸς ἐν | Παλλαδίῳ. Cf. nr. 71.

274 Ἱερέως | Μελπομένου | Διονύσου | ἐξ Εὐνειδῶν.

275 Ἱερέως | Ἀρτέμιδος | Κολαινίδος.

276 Ἱερέως | Ποσειδῶνος | Γαιήόχου καὶ | Ἐρεχθέως. Erechtheum hunc eundem esse atque Neptunum, neque cum Vischero ita titulum intelligendum, ut ille sacerdos Neptuni simul et Erechthei fuerit, titulus C. Iulii Spartiatici (v. ind.) docet, ubi ἱερεὺς Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως γαιήόχου est. Nam haec duo diversa sacerdotia esse quis tandem credet?

277 Ἱερέως | Εὐκλείας καὶ | Εὐνομίας.

278 Ἱερέως | Διονύσου | Μελπομένου | ἐκ τεχνειτῶν. Ad eundem sacerdotem referendum videtur ἱερεὺς Μελπομένου nr. 19, cum ibi decretum synodi technitarum Dionysiacorum habeamus.

279 Ἱερέως | Ἀπόλλωνος | Πατρ[ῴ]ο[υ].

280 Ἱερέως | Ἀντινόου | χορείου | ἐκ τεχνειτῶν.

281 Ἱερέως Διὸς ⟨Διὸς⟩ Σωτ[ῆ]ρος | καὶ Ἀθ[η]νᾶς Σωτείρας. Vocis Διός repetitionem, id quod Vischerus negat, a mera lapicidae socordia profectam esse patet; nam quaenam alia causa excogitari potest? Eandem neglegentiam in scriptura ε pro η bis redeunte agnosco, quam ille potius affectationem antiquitatis esse vult.

282 Ἱερέως Ἀθηνᾶς Ἀθηνίου. Cf. nr. 61. 668.

283 Φαιδυντοῦ | Διὸς ἐκ Πείσης.

284 Ἱερέως | Δώδεκα Θεῶν.

285 Ἱερέως Διὸς Φιλίου.

286 Ἱερέως | Μουσῶν.

287 Ἱερέως | Ἀσκληπιοῦ.

288 Ἱερέως | Ἡφαίστου.

289 Ἱερέως | Οὐρανίας Νεμέσεως.

290 Ἱερέως | Ἀνάκων | καὶ Ἥρως | Ἐπιτεγίου. Qualis sit ἥρως ἐπιτέγιος, latet. Vischerus duas coniecturas speciosas sane proposuit: aut illum esse Adonin (ὅ τ' Ἀδωνιασμὸς οὗτος οὐπὶ τῶν τεγῶν Ar. Lysistr. 388), aut aliquem praesidem et tutorem domuum, cuius generis essent Δημήτηρ ἐποικιδία Corinthiorum, Ἑρμῆς ἐπιθαλαμίτης Euboeensium.

291 Φαιδυντοῦ | Διὸς Ὀλυμπίου ἐν ἄστει. Hoc munus quin tum demum institutum sit, quum Hadrianus Athenis in Olympieo simulacrum Iovis Olympii dedicasset, dubitari non potest.

292 Ἱερέως | Ἀπόλλωνος Λυκήου.

293 Ἱερέως Δήμητρος | καὶ Φερρεφάττης.

294 Ἱερέως | Διὸς Τελεί|ου βουζύγου. Dubitandum non est, quin βουζύγου ad ἱερέως spectet, non ad Διός, id quod iam monuerunt Keil et Vischer.

295 Ἱερέως | Θησέως.

296 Ἱερέως | λιθοφόρου. Etiam hic Λιθοφόρου sacerdotis epitheton, non herois cuiusdam nomen, cuius ille sacerdotio fungeretur, esse videri Vischer p. 58 recte monuit. Nescio an cum hoc sacerdotio aliqua ratio intercedat homini illi, qui nr. 702 M. Αὐρήλιος Λιθοφόρος Πρόσδεκτος Πιστοκράτους Κεφαλῆθεν audit. Nam eiusmodi sacerdotiorum vocabula saepe nominum propriorum instar esse praeter notissima illa hierophantae, daduchi, hierocerycis exempla etiam Αὐρ. Πυρφόρος Λαμπτρεύς, qui nr. 10 inter aïsitos recensetur, exemplo est.

297 Ἱερέως | Αὐλωνέως | Διονύσου. Idem dei cognomen habes nr. 193. Ac recte quidem illud cognomen ab Aulone derivarunt Vischer et Keil; qui locus terrae Atticae commemoratur etiam in titulo nr. 61. Sed mea quidem sententia nulla est causa, cur eum locum in pagorum sive demorum Atticae numero fuisse iudicemus cum E. Curtio in Archaeol. Zeitung XXIX (1871) p. 7.

298 Ἱερέως Ἀπόλλω|νος Δαφνηφόρου.

Iam restat ut aetates horum titulorum quam accuratissime fieri potest definire conemur.

I. Antiquissimos omnium nr. 242. 247. 276 esse scripturae genus indicat. (Quartum his Kumanudis adiungit nr. 275, sed iniuria. Nam litterarum formae quales in hoc titulo sunt utique ad imperatorum Romanorum atque ut mihi quidem videtur ad Hadriani aetatem pertinent.) Qua cum observatione id congruere videtur, quod hi tituli non in aliorum exsculptorum locum successerunt, sed lapidi integro incisi sunt. Aetas eorum quin initium aerae Christianae aliquanto superet, non videtur dubitandum esse; accuratius definire satis difficile est, sed mihi alterius potissimum a. Chr. saeculi esse videntur. Tum igitur primum sellae (quae ipsae fortasse etiam antiquiores sunt) inscriptionibus designari coeptae, atque una cum paucis illis qui supersunt titulis permulti ex iis incisi esse videntur, qui postea rursus exsculpti sunt.

II. Ad Augusti aetatem ipso argumento revocatur titulus nr. 252; qui titulus ut est scriptus litteris eleganter ornatis nullum inter omnes habet sui plane similem praeter nr. 265; sed proxime ad hos accedit nr. 292, ut etiam hunc ad Augusti aetatem referre non dubitem. Praeterea nonnulli sunt tituli, qui ut eis quos sub nr. I commemoravi recentiores sunt, ita illis, quos Hadriani aetatis esse iam demonstrabo, antiquiores esse videntur, ita ut ab his quos modo enumeravi non nimio temporis intervallo distent. Quo referendi videntur tituli nr. 240. 285 et fortasse 267. Praeter hos vero nullus est, quem Hadriani aetate antiquiorem esse certa ratione effici possit. Qua in re etiam id fortasse non neglegendum est, quod ex his sex titulis nullus praeter nr. 252 videtur in antiquioris exsculpti locum substitutus esse. Videlicet Augusti quidem sacerdoti quemlibet alium loco cedere debuisse consentaneum est, at latius ille sedilia commutandi atque titulos delendi mos illo tempore nondum videtur manasse; quae res in reliquorum titulorum aetatibus definiendis alicuius momenti est.

III. Hadriani aetatis esse titulos nr. 245 (cf. adn.). 253 (praeter versum tertium). 280. 282. 291 ex ipsorum argumentis patet. Quos si inter se comparaveris, minime easdem omnes litterarum figuras habere intelleges. Quare in diiudicando, quinam ex reliquis titulis ad eandem cum eis aetatem referendi sint, singularum litterarum formis non multum tribuendum est. Id unum dicere licet, litterae φῖ formam qualem habemus nr. 291 ante alterum p. Chr. saeculum non frequentari; quare tituli nr. 268. 269. 271. 283. 293. 298 eiusdem aetatis esse videntur. Et videntur omnino ei tituli, qui antiquiorum erasorum loca tenent, fere omnes Hadriani aetate non antiquiores esse; quod in hos certe cadit (v. supra): nr. 241. 244. 248. 250. 251. 260. 263. 270. 274. 275. 277. 279. 281. 297. Quo in numero eos omisi quos aut iam aliis rationibus ad eam aetatem referendos esse docui aut recentiores etiam esse statim demonstrabo. Sed etiam inter reliquos (praeter eos quos sub nr. I. II. IV enumero) quamvis diversa sit singularum litterarum figura, tamen in genere scripturae nihil inest, quod ab Hadriani aetate alienum sit. Imo, ut exemplo utar nr. 246, tam similis est litterarum et forma et magnitudine duobus illis nr. 248. 250, ut vel ab eodem homine cum his incisus videatur; etiam nr. 271 nisi quod aliam litterae alpha figuram habet, scripturae genere plane cum his consentit. Id unum addo, in nonnullis quidem titulis (inprimis nr. 268. 269. 270) litterarum Γ et Σ formas aliquam similitudinem habere cum eis, quae ante initium aerae Christianae fuerunt. At si accuratius consideraveris, tamen haec diversa esse ab antiqua titulorum nr. 242. 247. 276 scriptura, et ad casum potius aut incuriam lapicidae quam ad antiquius litteraturae genus hanc scripturae inaequabilitatem pertinere intelliges.

IV. Recentiores etiam aetate Hadriani, ita ut una cum Phaedri epigrammate (nr. 239) incisi videantur, hi tituli sunt: nr. 253 v. 3. 273. 281. Nam hic quidem titulus summa scripturae neglegentia inferiorem aetatem indicat. Fortasse etiam nr. 278 (praeter primum versum qui utique ceteris antiquior est) et 289 recentioris aetatis sunt.

Aliquatenus hae rationes etiam litterarum magnitudine, quae valde diversa est in diversis titulis, confirmantur.

Scilicet, quamvis magna sit inconstantia etiam in eiusdem aetatis titulis, tamen si in universum spectaveris, multae grandiores litterae sunt in eis, qui Hadriani aetate incisi sunt, quam in antiquioribus. Ex antiquissimis tribus duo sunt (nr. 242. 276) qui litteras altas 0,013—0,016 m. habent, tertius (nr. 247) 0,016—0,020. Neque ei quos ad Augusti fere aetatem referendos docui, multo

altiores habent litteras, imo nr. 285 minores etiam (0,011—0,015), caeteri quorum ectypa habui (nr. 240. 252. 292) fere 0,015—0,024. At ex recentioribus perpauci sunt (nr. 292. 298) qui intra hos fines contineantur, nonnulli litteras 0,25—0,30, permulti 0,30—0,40 altas habent. Maximus est modulus litterarum in nr. 246 (0,041). 248 (0,034—0,040). 250. 271 (0,040). Sed ut eiusdem aetatis diversissimi sunt inter se, ita saepe in eodem titulo atque adeo in eodem versu magna cernitur scripturae inaequabilitas, veluti nr. 288 minimae litterae 0,26, maximae 0,043 altae sunt. Mirum in modum saepe, id quod illius aetatis proprium est, litterae Φ linea recta ceterarum litterarum modum et a superiore et ab inferiore parte excedit; veluti nr. 269 illa littera 0,080 alta est, caeterae 0,028, similisque proportio etiam alibi (nr. 283. 298) obtinet.

---

299. 300 In theatro Bacchi, in cunei medii ordine quarto inventa est sella duplex supra mutilata cum duobus titulis, quos ediderunt Rhusopulos Eph. nov. 243. 244. Kumanudis Philist. IV p. 545. Koehler Hermae VII p. 2.

(299)

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ
ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ

(300)

ΙΕΡΕΩΣ
ΑΤΤΑΛΟΥ
ΕΠΩΝΥΜΟΥ

Var. lect. Nr. 300 v. 1 Koehler ΙΕΡΕΩΣ; sed ipse dicit: *'an ἱερέως ist nicht zu zweifeln —, obgleich die Buchstaben nur zur Hälfte erhalten sind'*. In eius versus fine ε Rhusopulos, Σ Koehler.

299 *Διογένους | εὐεργέτου.* Hunc esse phrurarchum Macedonicum, qui anno 229 a. Chr. mortuo Demetrio Antigoni f. Macedonum rege ex castellis terrae Atticae praesidiis deductis libertatem Atheniensibus restituisset, Koehler l. l. argumentis gravissimis demonstravit.

300 *ἱερέως | Ἀττάλου | ἐπωνύμου.* Etsi litterarum formae, quales Rhusopulos exhibet, aliquanto recentiorem aetatem indicare videntur, tamen dubitandum non videtur quin hi tituli ipsa Attali Diogenisque aetate incisi sint.

---

301 Sella marmoris Pentelcii inventa *'ἐν τῇ νῦν κτιζομένῃ ἐκκλησίᾳ ὁ Εὐαγγελιτμός'*; exstat in stoa Hadriani. Edd. Pittakis Eph. adn. ad nr. 1384. Rangabé Ant. Hell. 1149 (O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 47 nr. 30). Pittakis Eph. 2683 (Lebas Attique 305). Pervanoglu Bullettino dell' Inst. 1862 p. 118. Rhusopulos Eph. nov. 210. Vischer Nov. Mus. Helvet. III (1863) p. 43. Commemorat etiam Kumanudis Philist. III p. 460. Exscripserunt Velsen et Koehler.

ΙΕΡΕΩΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ
ΖΩΣΤΗΡΙΟΥ

I. e. *Ἱερέως | Ἀπόλλωνος | Ζωστηρίου.* Non improbabile est quod Pervanoglu et Rhusopulos coniecerunt, lapidem ex theatro Bacchi eo delatum esse ubi inventus sit.

---

302 Sellae marmoris Pentelici fragmentum, inventum in Erechtheo. Ediderunt Stuart, aeri incisum, Ant. Att. II p. 22, qui tamen iniuria sarcophagi fragmentum esse dicit (inde Boeckh C. I. G. 468). Pittakis l'ancienne Athènes p. 409. Eph. p. 36 (in adn. ad nr. 13) et p. 863 (adn. ad nr. 1384). Lebas Attique 303 et tab. 8 nr. 6. Schoell archaeol. Mitth. aus Griechenland p. 120 nr. 167. Beulé l'Acropole I p. 342. Ross Arch. Aufs. I p. 116 (C. Keil Phil. vol. suppl. III p. 630).

ΙΕΡΕΩΣ
ΒΟΥΤΟΥ

I. e. *Ἱερέως | Βούτου* (aut *Βούτου*). Cum constet, in Erechtheo, ubi haec sella inventa est, aram Butae heroi dedicatam fuisse (Paus. I, 26, 3), simplicissimum videtur, sellam ad illius herois sacerdotem referre, ita ut eam (ut Rossius vult) ab initio in Erechtheo fuisse statuamus. At inventis sellis marmoreis theatri Bacchi iam propter similitudinem, quae huic cum illis intercedit, probabilius est, hanc quoque ex theatro illuc pervenisse (quae est sententia C. Keilii l. l. et C. Wachsmuthii Die Stadt Athen im Alterthum I p. 53, qui etiam alia exempla lapidum ex urbis inferiore parte in arcem translatorum commemorat). Iam quum nulla intercedere videatur huic sellae necessitudo cum ara illa, quae fuit in Erechtheo, dubitari potest, utrum is cuius ea fuerit *ἱερεὺς* Βούτου an, quod Keilio magis placet, *ἱερεὺς Βούτης* (ut supra *ἱερεὺς λιθοφόρος, πυρφόρος, βουζύγης*) vocandus sit. Nam Hesychius s. v. *Βούτης* sacerdotem qui in Dipoliorum festo taurum mactaret (quae caerimonia significatur voce *Βουφόνια*) sic appellatum dicit. Nec tamen idem videtur, qui nr. 52 *ἱερεὺς Βουτύπος* vocatur.

303—384 Praeter sellas marmoreas primi ordinis etiam proximorum ordinum gradus sive subsellia inscriptiones habent neglegentissime plerasque insculptas. Paucas, veluti nr. 326. 354 (an pro IV, 6 voluit IV, 9 scribere, quae nobis est nr. 357?) accurate incisas esse refert Gelzer. Ex eis omnibus paucae una cum sellis illis editae sunt; inter quas una (nr. 307) quae omnium theatri iuscriptionum prima inventa erat die 22 mensis Martii 1862 (W. Vischer Nov. Mus. Helvet. III, 1863 p. 6). Praeterea nr. 313. 314 edidit idem ibid. p. 43 nr. 76. 77. Hos duos titulos etiam ed. Rhusopulos Eph. nov. p. 163, omnes tres Kumanudis Philist. III p. 460. Praeterea nr. 376 habet Rhusopulos Eph. nov. p. 375. Cum his ceteros omnes (praeter nr. 335—337) Kumanudis bis edidit, *δεκάτῃ Ὀκτωβρίου* 9 Aug. 1863 et accuratius *Ἐθνοφύλαξ* 26 Ian. 1864 (Gerhard Archaeol. Anzeiger 1864 p. 235*. 262*). Illos tres (nr. 335—337) addidit et omnes accuratissime lithographia expressos edidit et commentatus est Gelzer in Actis menstruis Academiae Borussicae mens. Mart. 1872 p. 164 sqq., cuius exemplar in tabulis

expressimus. (Cf. praeterea quae Keilius disputavit Philol. XXIII p. 574 sqq.) Cuneos numeravi ut in titulis nr. 240—298, ordines sedilium ab ipsa orchestra, ita ut is qui sellas marmoreas continet primus numeretur, hi vero tituli a secundo ordine incipiant.

(*Textum vide in tabulis*)

Var. lect. Cun. dextr. I nr. 314 ἱερέως omittunt editores praeter Gelzerum, qui haec de eo vocabulo dicit: '*die Spuren von ἱερέως sind schwach, aber wohl zu erkennen*'. || 315 '*Die Fortsetzung der Inschrift ἱερέας ε.... ist verdeckt durch den auf diese Stufe gesetzten Marmorblock mit dem Ehrendecret für Hadrian. Ebenso sind τ und ν des Namens Ἀντωνία theilweise verdeckt durch die Thierklauen des Thronsessels für Ulpios Eubiotos*' Gelzer. || 316 '*Vor ἱερέως Ἑστίας liest Kumanudis Φ....ης. Da aber jene Worte den ganzen ersten Stein der κερκίς einnehmen und davor kein Platz mehr ist, kann sich diese Lesung nur auf die Inschrift des zweiten Steins beziehen, auf Φειλίνου*' G. || 321 fin. της ....ιου Θυ(γατρὸς) Kumanudis. || 326 'Κεφαλῆθεν. *Dies scheint die ursprüngliche Inschrift, wie sie auch Kumanudis im* Ἐθνοφύλαξ *bietet. Darüber wurde später in viel sorgfältiger eingehauenen Buchstaben und mit Benutzung der schon vorhandenen Φαλήριος gesetzt. ηρ steht als littera ligata.* I *ist klein unter* H *beigesetzt. In der δεκ.* Οκτ. *las Kumanudis* Φαληρ(έως)' Gelzer. || Ord. XXIII τόπος Kumanudis, πος Gelzer. || *Cun. dextr.* II nr. 339 ''Αφροδίτης *ist zweifelhaft, da die Oberfläche des Steines stark gelitten hat und ich nicht einmal* ΑΦ *mit genügender Sicherheit lesen konnte*' Gelzer. || 342 '*Die Lesung des Namens, welche Kumanudis bezweifelte, ist sicher. Dagegen vermochte ich die von ihm als zweifelhaft gelesenen Buchstaben* Πολ (ante nomen Ἀλκίας) *nicht zu entdecken. Der Name* Ἀλκίας *ist sorgfältig, die andern Worte dagegen sind sehr nachlässig eingehauen, κατά mit viel grösserer Schrift, als ψήφισμα. Offenbar trug die sehr zerkratzte Oberfläche einst eine andere Inschrift*' Gelzer. || 344 Quae post Λαμιδίου supersunt, Kumanudis omittit, Gelzer certa et indubitata esse testatur. || *Cun. dextr.* III nr. 349 Οὐλοφάντου Kumanudis, qui non distinxit scripturam antiquiorem et recentiorem. || 353 nihil nisi [ἱε]ρήας Οἰνάνθη[ς] Kumanudis. || *Cun. dextr.* IV nr. 364 '*die fünf letzten Buchstaben von* Ῥωμαίων *sind in bedeutend kleinerer, aber stärkerer deutlicherer Schrift eingehauen*' Gelzer. || 365 '*Die Spuren von* 'δαδο' *sind ausserordentlich schwach*' Gelzer. || 366 ...ναΐδος Kum., sed Υ distincte in lapide agnosci testatur Gelzer. || 367 init. Θέτι[δος] Kum., sed litteras Θεα certas esse dicit Gelzer. || 368 init. Θειο?νόης Kum., sed ei lectioni non favere litterarum reliquias, ex quibus sane non nisi tres extremae certae sint, testatur Gelzer. || 371 ζ' pro ΖΙ Kum. || 376 ἱερείας Δηοῦς καὶ ..... Φλαουΐας Kum. Emendavit iam Rhusopulos. || 383 Α[Θ]ηνᾶς Kumanudis, sed alterum alpha certum esse testatur Gelzer.

303 ..ιανός.

304 Κολλυ[τέων?].

305 [Θ]εηκόλων. Ut omnia alia quae sacrorum Olympii Iovis apud Eleos propria essent, sic etiam hoc sacerdotium (Paus. V, 15, 10. Petersen Philol. Suppl. II p. 199 sqq.) Hadrianum Athenis imitatum esse (οἱ πρῶτοι Θεηκόλοι infra nr. 488) recte iudicavit Gelzer.

306 ....εως. 307 λιθοκ[ό]πων ...ο... 308 Παν....

309 [Φιλ]ήμονος (?) ...λι...

310 Ἀττικοῦ. Cf. Keil l. l. p. 622.

311 ... Γαΐου.

312 Λαδ[α]μή[ας]. Cf. nr. 324. 343.

313 Ἱερείας Ἡλίου.

314 Ἱερέως Διονύσου. Recte monuit Gelzerus, voce ἱερέως quam priores editores non legerunt inventa refutari Keilii coniecturam, qui Ἡλίου Διονύσου tanquam eiusdem dei nomina coniungenda putaverat; imo nihil huic titulo commune esse cum nr. 313.

315 Ἱερήας Θ[εᾶς] Ἀν[τ]ωνίας (Gelzerus ἱερήας Ε... Ἀντωνίας). Omnia quae in hoc sedili scripta sunt eiusdem inscriptionis esse, cuius tenor imposita basi statuae Hadriani interruptus sit veri simile est: neque ex ipsius Gelzeri delineatione video cur littera, quam ille Ε esse vult, dimidium Θ esse nequeat. Quare Antoniam intellego Drusi coniugem, quam Athenis post mortem divinis honoribus affectam esse apparet ex titulo nr. 652. Nam etsi et Latine ea post mortem Antonia Augusta, non Diva Antonia audit, et in illo titulo Attico est ἀρχιερέα Ἀντωνίας Σεβαστῆς, tamen de mortua, quae tanquam dea colebatur, quin Graece dici potuerit Θεὰ Ἀντωνία non videtur dubitandum esse.

316 Ἱερήας Ἑστί[ας .....] καὶ Λειβίας καὶ Ἰουλίας. Simplicissimum videtur ita interpretari, ut haec sacerdos simul et Vestae et Liviae et Iuliae sacris functa sit. Sed fortasse nomen καὶ Λειβίας cognomini illi Vestae, quod in lacuna periit vel potius lapide imposito opertum est (v. var. lect.) ita adiunctum fuit, ut significaretur Vestam eandem esse atque Liviam, quod adulationis genus notissimum est (cf. nr. 12). Particulam καὶ in harum certe inscriptionum sermone ei interpretationi non obstare demonstrat nr. 276. Fortasse etiam καὶ Ἰουλίας nihil est nisi emendatio adscripta tum quum Livia Augusto mortuo Iuliae Augustae nomen accepit.

317 Φειλίνου. Hoc nomen minutis litteris scriptum est in margine lapidis medii, qui solus exstat, quum reliqua pars eius lapidis, quae continebat medias tituli nr. 316 litteras, perierit. Ceterum ex eis Philinis quos Keilius ad h. l. enumerat, in censum venire non potest Ti. Cl. Novii pater (nr. 652), quia ab eius aetate aliena est scriptura Φειλίνου. Omnino, quis hic intellegendus sit, dici non potest.

318 Ἐρσηφόροις β' [Γ]ῆς Θέμιδος.

319 Ἐρσηφόροις β' Εἰλιθυία[ς] ἐν Ἄγραι[ς].

320 Ὑμνητριῶν [Ν]ύσα[ς νύ]μφης.

321 Ὀλβίας ἱερήας καθ' ὑπομνηματισμὸν καὶ κατὰ ψήφισμα Ἰουλίας τῆς Ε[ὐ]θ[ύ]μ[ου?] Θυγ[ατρός]. Unum hunc esse titulum Gelzerus putat. Sed fortasse potius Ὀλβίας separandum est a caeteris; utique Ἰουλίας nomen ipsius sacerdotis fuerit; nam patris nomen post illud scriptum fuisse constat, quamvis incertum sit, utrum illud fuerit nomen quod posui an aliud. Ceterum Gelzerus adnotat, ex ipsa scriptura patere, senatus Areopagitici populique decretorum indicationes non eodem tempore incisas esse.

322 Ἱερείας Ἑσ[τίας Ῥω]μαίων. Gelzerus minusculis ἱερίας, sed in tabula illud exhibet quod dedi.

323 Ὀληφόρου Ἀθηνᾶς Θέμιδος. Kumanudis Ὀληφόρος explicat οὐλοφόρος (Serv. ad Aen. XI, 858).

324 Φιλίππης Μηδήου Θυγατρός. Infra nr. 343 habes Λαδαμήας τῆς Μη[δήου?]. Hos titulos iam Kumanudis rettulit ad Laodamiam et Philippen Medei, exegetae ex Eumolpidarum gente, filias quae in vitt. decem or. c. 7 commemorantur, quas fere a. 55 p. Chr. floruisse probabile est. Assentitur Keilius. At quod iam Gelzerus de nr. 343 monuit, mihi quidem de utraque inscriptione dicendum videtur, multo recentiorem aetatem indicari litterarum forma. Quare quum in familiis nobilibus persaepe eadem nomina per multa genera identidem recurrant, non videntur hi tituli de illis duabus sororibus intellegendi esse.

325 Μεγίστης κα[τὰ] ψήφι[σμα]. Nomen quod est Μεγίστη complures Minervae Poliadis socerdotes gessisse (v. indicem) iam Keilius monuit.

326 Fuit ab initio Κεφαλῆθεν, deinde multo accuratius incisis litteris, sed ita ut ex parte antiquioris tituli ductus sequeretur lapicida, Φαλήριος incisum est. Quae vox quid sibi velit incertum; nam demoticon est Φαληρεύς, neque alia forma etiam inferiore aetate invenitur. Illud Κεφαλῆθεν sane demoticum est; antecedebat hominis alicuius nomen in ea parte lapidis primi, quae periit.

327 Μεγίσ[της] κατὰ ψήφισμα. Cf. nr. 325.

328 ...ιος τροβ..., quae quid sibi velint obscurum est.

329 Ἱερέως Θέ[μιδος?].

330 Δαμασιστ[ράτου] ...κ...ιος. Hic titulus post n. 329 inscriptus est litteris maioribus quidem sed tenuioribus.

331 Ἱεροφά[ν]τ[ιδος] | Α[λ]εξ[άνδρας]. Sic Gelzerus, cum Kumanudis et Keilius potius Ἱεροφάντου Ἀλεξάνδρου legissent, supplevit,

nia iam inter sellas marmoreas una est hierophantae (nr. 271). Simul ddit idem, nequaquam certum esse utrumque versum coniungendum sse, sed posse etiam rem ita se habere, ut hi duo diversi tituli sint.

332 ...αιρίτιδος ἀ.... Et haec et quae praeterea conspiciuntur hoc lapide reliquiae (κα, α, κος) nimis ambigua sunt.

333 Διώνης. Cetera (α....πον...) incerta.

334 Ἱερέως Θεᾶς Ῥώμης καὶ Σεβαστοῦ Καί[σαρος].

335 [Ἀφροδίτ]ης ἐπιτραγίας (cf. Plut. Thes. 18).

336 Ἀρτέμιδος Οἰναίας. W. Vischer apud Gelzerum p. 173 moet a compluribus antiquis scriptoribus commemorari Dianam Οἰνωᾶτιν ive Οἰνᾶτιν, ab Oenoë Argolidos denominatam (Eurip. Herc. fur. 379. teph. Byz. Οἴνη. Hesych. III p. 187 Schmidt), atque eadem sacra iam in alterutro ex illis Atticae pagis fuisse conicit, quibus Οἰνόη nomen fuit. Quod verum esse vel ipsum discrimen inter formas Οἰνωᾶτις t Οἰναία indicare videtur; nam Oenoës Atticae utriusque demoticum usquam aliud est atque Οἰναῖος.

337 Δήμητρος Ἀχ[αίας].

338 Κανηφόροις γ' ἀπὸ Παλλαδί[ου].

339 Ἀφρ[οδ]ίτ[ης] Κωλιάδ[ος] κα[ὶ ...]α....

340 Ἀθηνᾶς Ἡε[τιώνης]. Non invenitur sane alibi hoc cognomen, sed tamen Gelzeri qui id reposuit coniectura cum ingeniosa tum veri similis videtur; ab eo cognomine derivatum Ἡετιωνείας paeninsulae nomen, ubi illius Minervae templum fuisse videretur, suspicatus est. De forma Ἡετιώνη provocat ad Quint. Smyrn. I, 115. XIII, 268.

341 Κατὰ ψήφισμα Λαμιδίου. Cetera incerta.

342 Ἀλκίας κα[τ]ὰ ψήφισμα [καὶ καθ' ὑπομνηματι]σμ[όν?]. uppiementum posterioris partis meum est, neque me fugit, id admodum incertum esse. Alciam vero hanc Herodis Attici priorem uxorem sse, quae pleno nomine Vibullia Alcia vocatur (v. indicem), non sine magna veri specie coniecit Kumanudis Keilio probante.

343 Λαδαμήας τῆς Μη[δήου?]. Cf. adn. ad nr. 324.

344 Λαμιδίου [κα]τὰ [ψ]ή[φισμα]. Cf. nr. 341.

345 Ἱερέας Κλεαρίστ[ης].

346 Ἱερέως Διονύσ[ου].

347 Στεφα[νηφόρου]. Hunc Gelzerus sacerdotem esse vult heois Στεφανηφόρου (Harpocr. s. v.).

348 In fine Φιλιδίου agnoscitur, cetera incerta sunt.

349 Gelzerus perspexit hic duos titulos distinguendos esse *a*) Δήμητρο[ς] Χλόης. Deinde superscriptum esse *b*) Διοφά[ν]του. Quare ullus est Οὐλοφάντης, quem Kumanudis hic agnoscere sibi videbatur.

350 Ἱερίας Γῆς Θέμιδος.

351 Ὑμνητρίας Νύσα[ς] τροφοῦ ..... Πειθοῦς.

352 [Θεσ]μοφόρου (sc. Δήμητρος).

353 Ἱερήα[ς Ἀ]θην[ᾶς Οἰν]άνθη[ς?]. Kumanudis nihil nisi ρέας Οἰνάνθης fuisse putaverat. Gelzeri testimonio constat, plura in lapide scripta fuisse, atque Ἀθηνᾶς certe recte ille supplevit. Cognomen dubium est.

354 Μητρὸς Θεῶν.

355 ...δανιων...

356 [Δ]ήμητ[ρος].

357 Μοιρῶν.

358 Μεγίστ[ης κατὰ] ψήφισμα. Cf. nr. 325. 327.

359 Ἱερήας Ν....

360 [Ἀρτέμιδος Κ]ολαινίδος. Haec Gelzero teste prior scriptura est; deinde superscriptum Στρα.....

361 Ἱερήα[ς ...].

362 Ἰου[λίου ἱερέως?] Διονύσου Λ....

363 ... ἐν Ῥα[μνοῦντι]. Num forte de Nemesi Rhamnusia cogitandum est?

364 Ἀντιόχου. Haud improbabiliter hoc Keilius refert ad Antiochum Philopappum (v. indicem).

365 Ἱερίας Ἑσ[τ]ίας Ῥ[ω]μαίων.

366 ..α... ἐν ἄ[στει]· δᾳδοφόρου ἐμ Πε[ι]ρα[ιεῖ].

367 Ἰ[ε]ρε[ί]ᾳ Αἰδοῦς.

368 [Λευκο]θέα[ς Σ]ωτήρας ἐλλιμενίας. Haec est antiqua inscriptio, acute suppleta a Gelzero. Alia deinde superscripta est, quam ille ἐπιτρα[γίας] fuisse putat.

369 ....νόης Πανδήμου νύμφης ... Nymphae nomen incertum est (cf. var. lect.).

370 Ἥβης.

371 Δειπνοφόρο[ις]. Reliqua incerta. Gelzerus ἐν Ὀ[σχοφορίοις] conicit, id quod admodum dubium est. Kumanudis ϛ numeri notam putaverat; contra quem recte Gelzerus monet, non ϛ solum, sed ϛι in lapide esse. Quae sane et ipsa est numeri nota (pro ιϛ'), sed maioris numeri, quam cui hic locus sit.

372 Κουροτρόφου ἐξ Ἀγλαύρου Δήμη[τ]ρος. Haec omnia unum titulum efficere, etsi scriptura non plane eadem sit, recte dicit Gelzer: nam κουροτρόφου a Δήμητρος divelli non potest. Quare ἐξ Ἀγλαύρου eodem modo atque ἐν Ἀγλαύρου accipiendum statuit idem, ut in Aglaurio Cereris illius ara cum sacerdotio fuisse videatur.

373 Δήμητρος κουροτρόφου Ἀχαίας.

374 Ἥβης.

375 Δήμητρος Φρεα(ῤ)ῥόο[υ].

376 Ἱερήας Λητοῦς καὶ Ἀρ[τέμιδος]. Superscriptum est Φλαουΐας Δ....

377 .. Μενε...

378 Ζακόρου Διό[ς?]. Possis sane etiam de hominis nomine cogitare, veluti Ζακόρου Διο[δώρου] vel Διο[νυσίου]. Nam permulti ex his titulis non ad eum qui quoque tempore sacerdotio aliquo fungebatur, sed ad certos quosdam homines pertinent.

379 [Πεντε]τηρίδ[ος](?) fuit, superscriptum Ἀντων[εί]νας. Sed neque Penteteridis nomen per se plane certum est nec ea eadem esse potest cum sacerdote Penteteride tituli alius Attici, ut Keilius vult, nam ille titulus multo antiquior est.

380 Ἀφ[ροδίτης?].

381 Λ[ει]βίας? Gelzer. An [Ὀ]λβίας?

382 ....κράτας.

383 Ἀ[θ]ανᾶς.

384 Θεοξένας.

Omnes hi tituli (etsi Kumanudis nonnullos antiquiores esse putat) imperatorum Romanorum aetatis esse videntur, sed accuratius definiri propter scripturae neglegentiam aetas nequit. De dearum nominibus quae permultis ex his sedilibus incisa sunt, recte Gelzerus p. 179 iudicavit, cum diceret illarum dearum sacerdotibus ea sedilia destinata fuisse, neque vero, ut in theatro Syracusano, singulos cuneos sive ordines illarum dearum nominibus distingui. Quod nonnunquam plane eadem nomina plus semel recurrunt (Hebe nr. 370. 374; sacerdos Vestae Romanae nr. 322. 365; sacerdos Dianae Colaenidis nr. 276. 360; cf. praeterea adn. ad nr. 331), idem ita explicavit, ut partim diversa eiusdem deae fana ac sacerdotia intelligenda, partim sedes aliquando commutatas esse dicat. Quod summa cum probabilitate conicit accidisse in sacerdote Dianae Colaenidis, quae quum initio locum aliquem in subselliis tenuisset (nr. 360) postea ei sellam marmoream (nr. 276) concessam ac tum illius loci inscriptionem deletam aliamque incisam esse, cuius reliquiae supersunt (vide adn. ad nr. 360).

CLASSIS ALTERA.

VARIA.

385 Basis lapidis Pentelici inventa occidentem versus a Parthenone. Ed. Pittakis Eph. 147.

ΤΙΒΕΡΙΟΣΚΛΑΥΔΙΟΣΚΛ///
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣΕΥΕΡΓΕΤΗ///
ΕΧΑΡΙΣΑΤΟΚΑΙΑΠΟΚΑΤΕ
vac.

Τιβέριος Κλαύδιος Κ[αῖσαρ Σεβαστὸς] | Γερμανικός, εὐεργέτη[ς τῆς πόλεως], | ἐχαρίσατο καὶ ἀποκατέ[στησεν].

Cf. titulos qui sequuntur nr. 386—388.

---

386 In columna, cuius in superiore parte titulus multo antiquior est (Ἐπικράτης Ἐπιχάρος Ἀλαιεὺς ἀνέθηκεν). Lapis ita detritus ut evanuerint litterae. Edidit Pittakis Eph. 173 (in tabula lithographica, nam in tenore ephemeridis ipsius solam antiquiorem inscriptionem exhibet). Exscripsit Koehler.

ΤΙΒΕΡΙΟΣΚΛΑΥΔΙΟΣ
ΣΤΟΣ
ΕΥΕΡ
ΛΕΩ
Ο

Τιβέριος Κλαύδιος
[Καῖσαρ Σεβα]στὸς
[Γερμανικός], εὐερ-
[γέτης τῆς π]όλεω[ς],
[ἐχαρίσατο καὶ ἀπ]ο-
[κατέστησεν?]

387 Lapis Pentelicus inventus in arce. A dextra parte mutilus, ceteris integer, nisi quod supra leviter laesus est, ita ut primus ver sus non integer exstet. Ed. Pittakis Eph. 4004. Exscripsit Koehler

ΚΛ.ΜΛΛ
ΓΕΤΗΣΤΗ
ΕΧΑΡΙΣΑΤ
ΤΕΣΤΗΣ

Perspicua sunt haec: [εὐερ]γέτης τῆ[ς πόλεως] | ἐχαρίσατ[ο καὶ ἀπο κα]|τέστησ[εν]. Quae primo versu supersunt, fortasse ad nomen Γερ μανικός pertinent, initio per errorem Κ pro Γ scripto. Nam utiqu v. 1 non est totius tituli initium, sed potius, quum lapis supra intege sit, apparet initium in alio lapide superposito scriptum fuisse, quod quum ad aedificium aliquod titulus pertinuerit, mirum non est.

---

388 Fragmentum lapidis Pentelici, inventum in theatro (?), a. 0,18 l. 0,22, cr. 0,24. Exstat 'ἐν τῷ περιβόλῳ τῶν ἀπομάχων τῆς ἀκρο πόλεως'. Ed. Rhusopulos Eph. nov. 179.

///ΙΕΡΜΑΝΙΚΟΣΓ///
ΤΕΣΤΗΚ///

[Τιβέριος Κλαύδιος Καῖσαρ Σεβαστὸς Γ]ερμανικός, ε[ὐεργέτης τῆς πόλεως, ἐχαρίσατο καὶ ἀποκα]τέστη[σεν]. Sic aut certe similiter supplenda hae esse ex eis qui antecedunt titulis apparet.

---

389 'Eleusine, in ruderibus templi Cereris, in fronte. Aeri incisum in Ant. ined. Atticae cap. IV tab. VII nr. 1' Boeckh C. I. G. 479 (und transscripsit Lebas Attique 253). Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 51 nr. 20 eam partem, quae litteras ΚΡΑΤΟΡΟΣ habet a se visam esse dicit.

. . . . ΚΡΑΤΟΡΟΣ (*desunt litterae fere quadraginta*) ΑΡΧΙΕΡΕΥΣΤΟ . ΣΕΒΑΣΤΟΝ

Var. lect. Litteram Ϲ ante ἀρχιερεύς Lenormant omittit, quamquam hanc partem tituli ne vidisse quidem se dicit, sed ex Boeckhii et Lebasi exemplis expressisse.

Agnoscuntur haec: [. . . Αὐτο]κράτορος, ... ὁ ἀρχιερεὺς τ[ῶν] Σεβαστ[ῶ]ν.

---

390 Epistylium l. 1,10, a. 0,28 '*zwischen dem Denkmal des Eubulides und dem Arestempel*' (i. e. Theseum). Ed. Ross Arch. Aufs. I p. 157. Est etiam in eiusdem schedis.

ΟΣΔΗΜΑΡΧΙΚΗ

I. e. [πατὴρ πατρίδ]ος, δημαρχικῆ[ς ἐξουσίας τὸ . . .].

'*Die Schriftzüge sind die des Jahrhunderts des Traian und Hadrian*' Ross. In nota addit: '*Der Architrav könnte wohl zum Theater im Kerameikos, welches das Agrippeion hiess, oder zu einem seiner Nebengebäude gehört haben*'.

391 In horto regio. Ed. Michaëlis in Gerhardi Archaeol. Anz. 186 p. 179. Exscripsit Velsen.

ΧΙΚΗΣΕΞΟΥΣΙΑΣΤΟΘ̄

Haec supplenda esse [δημαρ]χικῆς ἐξουσίας τὸ Θ' et ad imperatori alicuius titulum pertinere manifestum est. Ac per se quidem hae etiam ad imperatoris titulum honorarium aut ad epistulae ab eo da tae praescripta referri possunt. Sed quia ex eis ipsis quae servat sunt apparet, uno versu totum titulum perscriptum fuisse, potiu in epistylio aedificii alicuius ab imperatore exstructi haec fuisse vi dentur.

392 Epistylium marmoris Pentelici; fuit olim in domo prope forum, nunc est in stoa Hadriani. Edd. Spon Misc. erud. ant. X, 5 p. 319. Pocock. Inscr. ant. P. I c. 5 s. 4 p. 52. Riedesel Bemerkungen auf einer Reise durch die Levante p. 111. Boeckh C. I. G. 519. Quum ineditum putaret, denuo exscripsit C. Bursian et edidit in E. Gerhardi Denkm. u. Forsch. 1856 p. 223. Relegit Koehler.

ΕΠΕΣΚΕΥΑΣΘΗΕΚΤΩΝΔΗΜΟΣΙΩΝ
ΧΡΗΜΑΤΩΝΕΠΙΤΡΟΠΕΥΟΝΤΟΣ
ΑΙΛΙΟΥΟΜΟΥΛΛΟΥ

I. e. Ἐπεσκευάσθη ἐκ τῶν δημοσίων | χρημάτων, ἐπιτροπεύοντος | Αἰλίου Ὁμούλλου. Nomen Aelii indicare videtur, aut ad Hadriani aetatem aut ad recentiora etiam tempora titulum pertinere.

---

393 Ed. Lebas Attique 259.

ΤΙΜΕΛΗΤΕ
Σ◡Γ̆◡ΜΟΥ⁻

[Ἐπ]ιμελητε[ύου|το]ς Γ. Μου[σωνίου?].

---

394 Fragmentum basis lapidis Pentelici a. 0,20, l. 0,17, cr. 0,11, inventum orientem versus a Propylaeis. Ed. Pittakis Eph. 3859 (errore expressus est numerus 4859). Contulit Koehler.

Ρ/
ΕΠΙΜΕΛ
ΑΙΛΙΟΥΜ

Ultimum versum minoribus litteris exaratum esse testatur Koehler. Primi versus reliquiae incertissimae sunt, v. 2. 3 apparet scriptum fuisse ἐπιμελ[ηθέντος] (vel ἐπιμελητεύοντος) Αἰλίου Μ....., ut hic quoque titulus Hadriani aetate non videatur antiquior esse.

395 In ecclesia prope vicum Merenda; exscripsit L. Ross. Aliud apographum a Prokeschio confectum in Boeckhii schedis est.

ΑΙΠΑΝΤΩΝΤΩΝΠΡ
ΙΟΝΟΙΚΟΝΤΟΥΤΟΝΕ

Var. lect. ΑΩ Prokesch, ΑΩ Ross || v. 2 prius Ο in voce ΤΟΥΤΟΝ apud Rossium ceteris litteris minus est, apud Prokeschium non item.

Nihil agnoscitur nisi [κ]αὶ πάντων τῶν πρ..... | ..... τ]ὸν οἶκον τοῦτον ἐ[πεσκεύασε?].

---

396 In fragmento marmoris Pentelici quod exstat in Pinacotheca. Edd. Pittakis Eph. 1804. Lebas Attique 256. Exscripsit Koehler.

ΕΚΗΦΙΣΙΕΥΣΙΕΡΕΥΣΓΕΝ
ᵖΟΣΚΕΙΜΕΝΟΝΟΙΚΟΝΚΑΙΤ

Et supra et infra hos duos versus vacuum spatium est. V. 1 init. Σ Lebas.

-- Κηφισιεύς, ἱερεὺς γεν[όμενος ..... | .... τὸν π]ροσκείμενον οἶκον καὶ τ....

---

397 In Odeo Herodis in fragmento marmoris. Edidit A. Michaëlis Bullettino dell' Instituto 1860 p. 116.

ΝΟΠ\ΡΓΟΣΣΠ

Legendum videtur ὁ π[ύ]ργος ἐπ[εσκευάσθη] vel simile verbum, qua de causa huc rettuli. Sed certum id non esse non me fugit.

---

398 Super mediam arcis portam. Cyriacus p. XV nr. 108 (Murat. T. I p. CDLXXVI. 4). Spon Itin. T. III P. II p. 16. Wheler Itin. p. 358. Pococke Inscr. ant. P. I c. 5 s. 4 p. 53. Varias lectiones indicavit Chandler Syll. Inscr. p. XXII. Boeckh C. I. G. 521. Pittakis l'ancienne Athènes p. 286. Denuo descripsit Koehler.

ϕΛ'ϹΕΠΤΙΜΙΟϹΜΑΡΚΕ | ΛΛΕΙΝΟϹϕΛΑΜΚΑΙΑΠΟΑΓΩΝΟΘΕΤ | ΩΝ
ΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΤΟ | ΥϹΠΥΛΩΝΑϹΤΗΠΟΛΙ ⊘

Dextra pars tituli praeter extremas prioris versus litteras, quam duabus lineis rectis a ceteris segregavi, quum recentiore tempore perierit, in Koehleri apographo non est. In fine ΠΟΛΙ Boeckhius Pocockium Chandlerumque secutus exhibet, ΠΟΛΕΙ ceteri.

Φλ(άβιος) Σεπτίμιος Μαρκελλεῖνος φλαμ(ὴν) καὶ ἀπὸ ἀγωνοθετῶν ἐκ τῶν ἰδίων τοὺς πυλῶνας τῇ πόλ(ε)ι.

Et Septimii nomen et omnino totius tituli habitus exitum alterius aut initium tertii p. Chr. saeculi indicare videntur. Quae fere est etiam C. Wachsmuthii sententia Die Stadt Athen im Alterthum I p. 702, qui praeterea (Boeckhium secutus) verissime dicit, non coniungendum esse τῇ πόλει cum τοὺς πυλῶνας ut πυλῶνες, τῇ πόλει sint portae arcis, ut voluerunt Leake (Top. p. 220 ed. 2 vers. Germ.) Bursian (Mus. Rhen. X p. 486) Beulé (l'Acropole d'Athènes I p. 107 n. 3); imo πόλει nihil esse nisi dativum illum frequentissimum in dedicationibus, pendentem a voce ἀνέθηκεν, quae persaepe omittitur. Ceterum mihi quidem dubitandum non videtur, quin alter versus trimeter iambicus sit, etsi pessima est prosodia in vocabulo ἰδίων, referenda ea fortasse ad initia illius moris, qui postea latissime patuit, in componendis versibus magis accentus quam quantitatis syllabarum rationem habendi.

---

399 Athenis in lapide moenium vidit Cyriacus. Integrum titulum habet ex Cyriaci schedis Muratorius T. II. p. DCLXXII. 1 (Bonada T. I. p. 439. Iacobs Paralip. Anthol. P. II. p. 754 et Anthol. Palat. append. nr. 115. Boeckh C. I. G. 428). Sinistra pars sola inventa est anno 1861 apud S. Demetrium Κατηφόρη; edidit Kumanudis in epimetro programmatis societatis Archaeologicae Atheniensis anni 1861. Exscripsit Koehler.

ΑΜΦ[ΙΩΝ]ΜΟΥΣΑΙΣΚΙΘΑΡΗΣΕΣ[.ΗΣΕΝΘΗΒΗΣ]
ΤΕΙΧΕΑΝΥΝΔΕΠΕΜΑΣΠΑΤΙ[ΡΙΔΟΣΙΛΑΥΡΙΟΣ]
ΑΔΥΛΟΓΟΝΜΟΥΣΑΝΜΕΘΕΠΩΝ[ΤΩΚΑΙΔΟΚΕΟΥΣΙ]
ΑΚΜΗΤΕΣΡΕΞΕΙΝΠΕΙΡΑΤΑΠ/[ΝΤΑΤΕΚΝΑΣ]

Var. lect. V. 1 ΕΞΗΣΕΝ Cyriacus, sed Σ in lapide esse testatur Koehler || v. 4 ΡΕΞΕΙΝ Cyr., ΡΕΞΕΙΝ 'sic' Koehler. Quae uncis seclusi, in Koehleri apographo non sunt.

Ἀμφίων Μούσαις κιθάρης ἐσ[τ]ήσ[ατο?] Θήβης
τείχεα· νῦν δ' ἐπ' ἐμᾶς πατρίδος Ἰλλυριός,
ἀδύλογον Μοῦσαν μεθ' ἑπτων· τῷ καὶ δοκέουσι
ἄκμητες ῥέξειν πείρατα πάντα τέ[χ]νας.

Cf. adn. ad nr. 400. Ἰλλυριός non gentem indicat, sed nomen proprium poetae eiusdemque moenium restitutoris est.

---

400 In muro ad ecclesiam Panagiae Pyrgiotissae. Inter *a* et *b* tantum spatium interest, ut duo distichа unum iuxta alterum scripta fuisse appareat, quorum prioris versuum initia *a*, alterius extremas partes *b* continet. Edd. ex Fauvelii schedis Boeckh C. I. G. 1042[b] (vol. I p. 920). Pittakis l'ancienne Athènes p. 67. Raoul-Rochette sur la topographie d'Athènes, Paris 1852. p. 14. Lebas Attique 249. Goettling Ber. der Königl. Sächs. Akad. d. Wiss. 1853 p. 67. Kumanudis in epimetro programmatis societatis archaeol. Atheniensis anni 1861. Particulam *a* solam habent Wordsworth Athens and Attica p. 178. Mustoxydis, cuius apographum est apud K. Keilium, qui de titulo accuratissime exposuit Mus. Rhen. Nov. XVIII p. 47 sqq. Totum titulum bis exscripsit Koehler.

a *b*

ΟΥΤΑΔΕΘΕΛΞΙΜΕΛΗΣΑΜΦΙΟΝΙΣΗΡ/ . . . . . [Π]ΕΙ[ΘΟ]ΥΣ vac.
ΟΥΔΕΚΥΚΛΩΠΕΙ[ΑΣΧΕΙΡΟ]ΣΕΛ . . . . . ΡΕ[ι]/

Var. lect. Quae uncis inclusi, Koehlerus non iam invenit in lapide; sed tamen is v. 1 extr. in altero apographo ΟΥΣ exhibet, et v. 2 med. post ΠΕΙ vestigia litterae Λ agnosci dicit. Antiquiorum apographorum varias lectiones adnotare supervacaneum est. Nam in eis, quae Koehlerus non legit in lapide, antiquiores fere consentiunt.

Primum distichon sic restituit Keilius:

Οὐ τάδε θελξιμελὴς Ἀμφιονὶς ἤρα[ρε φόρμιγξ]
οὐδὲ Κυκλωπείας χειρὸς ἔδ[ειμε κράτος].

In exitu pentametri etiam *ἔλ[ασσε βίᾳ]* suppleri posse dicit idem.

Alterius distichi hexameter exibat in *πειθοῦς*; pentametri extrema vox mihi videtur *[ἀ]ρε[τ]ά* aut *[ἀ]ρε[τ]ᾶ[ς]* fuisse.

Apparet huic titulo necessitudinem aliquam intercedere cum nr. 399, ita ut uterque ad eandem moenium restitutionem pertineat. Quodsi C. Wachsmuth Die Stadt Athen im Alterthum I p. 706 ad Valeriani imperatoris tempus refert, id certe dici licet, ei coniecturae litterarum formas non adversari; quamquam ex eis solis nihil efficitur, nisi tituli aetatem alterum p. Chr. saeculum non superare.

---

401. 402 Prope borealem Olympiei angulum est arcus Hadriani; in huius facie ea quae arcem spectat est titulus nr. 401, in altera quae ab arce aversa est, Ilissum versus, nr. 402. Utrumque primus transscripsit Cyriacus (Moron. p. XI nr. 78. 79. Compagnon. p. 64 nr. 351); ex Cyriaci schedis Murat. T. II p. MXXX. 1. Ex Marcanova Sirmondus ministravit Grutero (p. MLXXVIII. 1). Postea praebuerunt Spon Itin. T. III P. II p. 15 sq. Wheler Itin. p. 373. Melet. Geogr. vet. et nov. p. 350. Pocock. Inscr. ant. P. I c. 5 s. 4 p. 52 nr. 34. 35 qui titulum nr. 402 aeri incisum praebet Descr. Or. T. III p. 166. Stuart. Ant. Att. Vol. III p. 19 (tab. IV cap. III monumentum nr. 402 est aeri incisum); Le Roy Mon. Gr. T. II p. 35 (et nr. 401 in aere p. 17). Riedesel Bemerkungen auf einer Reise durch die Levante p. 107 pessime. Clarkius Itin. P. II S. II p. 551. Pomard. Itin. T. I p. 149. Leake Topogr. Ath. p. 136. Habeo etiam ex schedis Fourmonti et Mustoxydis' Boeckh, qui edidit C. I. G. 520. Pittakis l'ancienne Athènes p. 173. Omnibus prioribus autem accuratius exscriptum dedit Rhusopulos Eph. nov. p. 34.

(401)

ΑΙΔΕΙΣΑΘΗΝΑΙΘΗΣΕΩΣΗΠΡΙΝΠΟΛΙΣ

(402)

ΑΙΔΕΙΣΑΔΡΙΑΝΟΥΚΑΙ[C]ΟΥΧΙΘΗΣΕΩΣΠΟΛΙΣ

Var. lect. Rhusopuli exemplar secutus sum, antiquiorum menda enotare supervacaneum puto. Titulum nr. 402 illi quidem omnes integrum exhibent, sed ita in vocabulis ΚΑΙΟΥΧΙ variant, ut ibi lapidem laesum esse iam Boeckhius suspicatus sit, id quod Rhusopuli apographo comprobatur.

401 Αἵδ' εἶσ' Ἀθῆναι, Θησέως ἡ πρὶν πόλις.

402 Αἵδ' εἶσ' Ἀδριανοῦ καὶ οὐχὶ Θησέως πόλις.

---

403 In campo Marathonio repperit Fauvel. Accuratius locum describit L. Ross: '*Links am Eingange des oberen Thalarmes* (ut ex eis quae antecedunt patet, prope Vraná) *am Fusse des Berges, ein grosser Tumulus. Zwei sitzende Figuren, eine männliche und eine weibliche; der Thronsessel der weiblichen von geflügelten Greifenfüsssen getragen*'. Edd. Walpol. Mem. p. 336 (Boeckh C. I. G. 537). Revue archéol. 1844 p. 51. Kumanudis Ἐπιγραφαὶ ἐπιτύμβιοι 2577. Exscripsit L. Ross.

Ο [Μ] Ο Ν [Ο] Ι Α Σ Α Θ Α Ν Α Τ
Π Υ Λ Η
Η Ρ Ω Δ Ο Υ Ο Χ Ω Ρ Ο Σ
[Ε Ι Σ Ο Ν Ε Ι Σ Ε Ρ Χ Ε . .]

Var. lect. Quae uncis inclusi, Rossius non invenit in lapide, quem admodum detritum esse etiam inde colligere licet, quod pro litteris ΑΘ ubique ΛΟ apud Rossium sunt. Ceterum ex eius schedis ΣR pro ΣP restitui.

Ὁμονοίας ἀθανάτ[ου] | πύλη. | Ἡρῴδου ὁ χῶρος, | εἰς ὃν εἰσέρχε[αι]. Hanc formam Ionicam, si modo certum est, duas litteras in fine deesse, recte restituit Boeckh, sed nulla causa est cur etiam ἀθανά-τ[ης] suppleatur. Cuius generis sit monumentum quove consilio exstructum ambiguum est.

---

404 *Von hier aus* (i. e. a vicinia pagi *Koropi*) *bis an den Fuss des Hymettus erstreckt sich eine Reihe von nicht weniger als neun verfallenen Capellen, alle voll alter Reste, als Säulen, Grabsteinen u. s. w. In mehreren derselben, namentlich in der sechsten, finden sich christlich-moralische Inschriften, in verhältnissmässig guten und alten Schriftzügen, etwa aus dem dritten bis fünften Jahrhundert nach Christo, z. B.* (*folgende*)' Ross Arch. Aufs. I p. 219.

Λ Υ Τ [Η Η] Π Υ Λ Η Τ Ο Υ Λ Υ Τ Ρ Ο Υ Δ Η
Η Ϲ Ε Λ Ε Υ Ϲ Ο Ν Τ Ε Ε Ν Λ Υ Τ Η (*sic*)

Αὕτη ἡ πύλη τοῦ [κ]υ[ρί]ου, δ[ίκαιοι] | (εἰ)σελεύσονται(αι) ἐν αὐτῇ. Supplementa petita sunt ex similibus titulis ecclesiarum Syriae C. I. G. 8930—34.

405—407 In tribus lateribus columnae quadrangulae lapidis Hymettii a. 0,47, l. 0,38, cr. 0,20. Exstat in ecclesia monasterii Daphni in via sacra Eleusinia. Titulum n. 407 exhibet Chandler Inscr. ant. p. 77, nr. 405. 407 Rangabé Mém. présentés par divers savants etc. sér. I vol. 5 part. 1 a. 1857 p. 281 tab. 1, 1. Pittakis Eph. 1573, omnes tres C. Wescher in epistula ad Henzenum data Bullettino dell' Instituto 1862 p. 26 (Th. Mommsen C. I. L. III, 572).

(405)

[Α] Υ Τ Ο Κ Ρ Α Τ Ο Ρ Ι
//// Α Ι Ϲ Α Ρ //////////
//////////////////////////
[Ε] Υ Ϲ Ε Β Ε Ι Ε Υ Τ Υ Χ
[Ϲ] Ε Β Α Ϲ Τ Ω Ι
[Ε] Ξ Α Ϲ Τ Ε Ω Ϲ

Γ

(406)

Ϲ Τ Ο Ι Ϲ Β Α Λ
¯ Ι Ν Ι Α Ν Ω
Κ Α Ι Β Α Λ Ε Ν
Τ Ι

(407)

D̄ D̄ D̄ N̄
ARCADIV
THONOR
SVBVC
TSPECTA
PROC
EVSEBIO
S̄

Var. lect. Nr. 405 quae uncis inclusi, omittit Wescher. Ex altera parte is v. 1 extr. Ι habet, quod apud Pitt. non est. Litterarum formas ex Pittakisii exemplo expressi, cum in Bull. typi vulgares usurpati sint. Numeri nota quae subiuncta est apud Pittakisium hanc formam habet: ϛ, apud Weschervm eam quam expressi. || 407 tituli Latino sermone compositi varias lectiones exhibere ab hoc loco alienum est; exprimo exemplum Corporis Inscriptionum Latinarum.

405 Αὐτοκράτορι | [Κ]αίσαρ[ι - - - | - - -. | Εὐσεβεῖ Εὐτυχ[εῖ] | Σεβαστῷ· | ἐξ ἄστεως ϛ'. Hic numerus lapidem sex milia passuum ab Athenis abesse indicat. Nomen Augusti restitui non potest; antiquior Commodo non est, propter cognomen Felicis.

406 [Σεβα]στοῖς Βαλ.|[εν]τινιανῷ | καὶ Βάλεν|τι.

407 *D*(*omini*) *n*(*ostri*) [*Augusti*] | *Arcadiu*[*s* | *e*]*t Honor*[*ius*] | *sub v*(*iro*) *c*(*larissimo*) | [*e*]*t specta*(*bili*) | *proc*(*onsule*) | *Eusebio*. Cf. Corpus Inscr. Lat. l. l.

---

408 Marmor Pentelicum, Cephisiae *ἐν αὐτῷ τῷ περιβόλῳ τῆς παρὰ τὸν πλάτανον οἰκίας τῆς κυρίας Μαρίας Γεωργαντᾶ*'. Edidit Pittakis Eph. 3729. (Kumanudis?) *Νέα Πανδώρα* 1865. nr. 356 p. 512 nr. Β'. Exscripsit Koehler.

Τ Ο Ε Ν Τ Ω Μ Ε ι Α
¯ Υ Τ Ω Ν Σ Τ Η Λ Ω Ν
ꟻ Π Λ Ε Θ Ρ Ω Ν
Ο Τ Ο Ι Ϛ

Τὸ ἐν τῷ με[τ]α|[ξ]ὺ τῶν στηλῶν | [χωρίο]υ πλέθρων | [δεκαοκτ]ὼ τοῖς ....? Possunt sane etiam aliae supplementi rationes excogitari. Id certum videtur, v. 4 init. numerum scriptum fuisse; ac spatii quidem rationes et litterae Ο vel Ω reliquiae illi potissimum quod proposui supplemento favent. Πλέθρον hic non est centum pedum mensura in longitudinem, sed agri planicies centum pedum in utramque partem (Hultsch Metrol. p. 37).

III

409 Titulus incisus in rupe ad septentrionalem arcis partem, inter murum arcis et ecclesiam S. Symeonis. Ed. Rhusopulos Eph. nov. 122 (Pervanoglu Philol. XXIV p. 460).

Ͻ Υ Γ Ε Ρ Ι Γ Α Τ Ο ////
Γ Ε Ρ Ι Ο Δ Ο Ϲ
ꟻ Γ Ο Δ Ε Ϲ
Δ Γ ΙΙΙ

I. e. [Τ]οῦ περιπάτο[υ] | περίοδος | π(έντε) στ(άδια) πόδες ΔΓΙΙΙ (18). Cf. quae adnotavit Pervanoglu Philol. l. l.

---

410 '*An der nordöstlichen Ecke des Acropolisabhangs*'. Edidit Stark, Nach dem griechischen Orient. Heidelbergae 1874 p. 400.

Π Ε Ρ Ι Ο Λ Ο Ϲ
Π Ε Ρ Ι Π Α Τ Ο Υ

I. e. Περίο[δ]ος | περιπάτου. Titulus suspectissimus, ac vix dubitandum videtur, quin idem sit atque n. 409, neglegentissime sane a Starkio exscriptus.

411 In lapide Pentelico inaedificato in turri a Turcis exstructa prope templum Νίκης ἀπτέρου; nunc est infra Propylaea. Edidit Pittakis Eph. 1830 (Lebas Attique 274). Exscripsit Koehler.

ЄΙCΟΔΟCΠΡΟCCΗ
ΚΟΝΒΛΑΥΤΗCΚΑΙ
ΚΟΥΡΟΤΡΟΦΟΥΑΝΕΙ
/// _ ''ΗΤΩΔΗΜΩΙ

Εἴσοδος πρὸς σηκὸν Βλαύτης καὶ
Κουροτρόφου ἀνει[μέν]η τῷ δήμῳ.

---

412 In cippi parte superna, a Theseo septentriones versus. Exscripsit Velsen.

ΟΡΟC

I. e. ὅρος. Imperatorum aetatem indicat forma litterae C.

---

413 In arce exscripsit Koehler.

ΟΡΟCΟΙΚΙ
ΓΑCΤΗΡΙ
ΤΙΜΗΜΕΝ
ΜΕΛΙΤΤ
5 ΛΟΥΕΡ

I. e. ὅρος οἰκί[ας καὶ ἐρ]|γαστηρί[ου ἀποτε]|τιμημέν[ου . . . .] | Μελίττ[η . . . . .|δου Ἐρ[οιάδου (vel Ἑρμείου, Ἐργαδέως) θυγατρί]. Quamquam eiusmodi tituli hucusque non inventi sunt nisi multo antiquiores, tamen propter litterae C formam hunc imperatorum Romanorum tempori adscribendum puto. Quae etsi Athenis paulo prius usurpata est, quam antea putaverant homines docti, tamen nullusdum innotuit titulus Atticus liberae Romanorum reipublicae tempore compositus, in quo ea inveniatur.

---

414. 415 Tituli in rupibus incisi, alter (nr. 414) ad Hymettum pedalibus litteris, alter (nr. 415) ad lapicidinas Pentelicas. Illum ed. Fauvel Mag. encycl. a. XVII (1812) T. II p. 140. Dodwell. Itin. T. I p. 485, hunc Dodwell Itin. T. I p. 500, utrumque Boeckh C. I. G. 536[a b].

ΟΡΟΣ ΟΡΟC

'*Sunt, ni fallor, ὅροι lapicidinarum*' Boeckh.

---

416 Ad montem Lycabettum rupi incisum titulum exscripsit Wordsworth Athens and Attica p. 60.

ΟΡΟC

PARS SEPTIMA.

ARTIFICVM TITVLI.

417 Basis marmoris Hymettii, Eleusine inter Appii propylon et Cereris templum. Edd. Pittakis Eph. 2568. Bursian Archaeol. Zeitung 1856 p. 223. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 40 nr. 15 (G. Hirschfeld Tituli statuariorum 51). Exscripsit Velsen.

ΑΝΤΙΟΧΟΣΔΗΜΗΤΡΙΟΥΑΝΤΙΟΧΕΥΣΕΠΟΗΣΕΝ

Var. lect. Litterarum formas fideliter expressi ex apographo Velseni; ceteris in rebus plane consentiunt exemplaria omnia, nisi quod ΕΠΟΙΗΣΕ exhibet Pittakis.

Ἀντίοχος Δημητρίου Ἀντιοχεὺς ἐπόησεν.

---

418 In basi marmoris Pentelici, ab omnibus lateribus mutila, a. 0,13, inventa septentrionem versus a Propylaeis, exstat in gradibus Parthenonis. Ed. Pittakis Eph. 3501. Exscripsit Koehler.

ΛΝΕΘΙΚΑΝ
ΕΟΥΣΘΟΡΙΚΙΟΣΕΠΟΙΗΣΓ
//////////////////////////

Sub v. 2 versus consulto erasus.

..... ἀνέθηκαν, | [ὁ δεῖνα ... κλ]έους Θορίκιος ἐποίησ[ε].

419 Basis rotunda, cuius in superficie exstat foramen immittendae statuae factum; inventa in theatro Bacchi. Edd. Rhusopulos Eph. nov. 123. Pervanoglu Bullettino dell' Instituto 1862 p. 165. Kumanudis Phil. III p. 565 (G. Hirschfeld Tituli statuariorum 110).

ΑΡΧΙΑΣΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΜΑΡΑ
ΘΩΝΙΟΣΕΠΟΙΗΣΕΝ

Ἀρχίας Ἀπολλωνίου Μαρα|θώνιος ἐποίησεν.

Cf. adn. ad titulum qui sequitur.

---

420 Lapis Pentelicus, inventus 'εἰς τὰς ἐν τῷ ἀρχαίῳ Βουλευτηρίῳ ἀνασκαφάς'. Ed. Pittakis Eph. 2476 (G. Hirschfeld Tituli statuariorum 109). Cf. quae de titulo exposuit C. Bursian in E. Gerhardi Denkm. u. Forsch. 1856 p. 221.

. . . . . .
. . . . . Α . . . . . .
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΑΡΧΙΟΥΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣΕΠΟΙΗΣΕΝ

I. e. Ἀπολλώνιος Ἀρχίου Μαραθώνιος ἐποίησεν.

Idem artifex sine dubio est qui in titulo protomae aeneae Herculanei repertae C. I. G. 6137 (= Brunn Hist. art. I. p. 543) Ἀπολλώνιος Ἀρχίου Ἀθηναῖος audit, quem Brunnius propter tituli Herculanensis litterarum formam — ab ipso multo accuratius quam in Corpore Inscriptionum Graecarum repraesentatam — Augusti aetati tribuit. Sane hunc titulum Atticum multo antiquiorem esse item ex litterarum formis collegit Bursianus, cui adsentitur Hirschfeldius, ita ut ab illo Brunnii Apollonio alter multo antiquior (tertii fere a. Chr. saeculi) Apollonius Archiae f. Marathonius distinguendus sit. At hoc totum de Attici tituli litterarum formis nihili est: nempe neque Bursianus neque Hirschfeldius neque quisquam omnino hunc titulum aliunde cognitum habuit quam ex ephemeride archaeologica. Pittakis vero in eis quidem titulis, quos non lapidi incisos sed *typis expressos* exhibet, in omnibus fere omnium saeculorum eisdem utitur formis, ita ut permulta exempla enumerare possim, ubi non Augusti modo, sed adeo Hadriani tempore is ΣΓ exhibet, cum ex accuratioribus apographis appareat ΣΠ in lapide esse. Quare nulla omnino est caussa, cur non utrumque Apollonium Archiae f. sculptorem eundem esse atque Augusti fere aetate vixisse statuamus.

421 *Un bloc de marbre Pentélique — trouvé à l'Acropole, entre les Propylées et le Parthenon'.* Ed. Rangabé Ant. Hell. 1115 (Beulé l'Acropole I p. 333. Hirschfeld Tituli statuariorum 31*b*. O. Iahn Pausaniae descr. arcis Athenarum p. 45 nr. 20).

ΛΕΩΧΑΡΗΣΕ

I. e. Λεωχάρης ἐ[ποίησεν].

---

422 Fragmentum basis lapidis Hymettii inventum meridiem versus a Propylaeis. Ed. Pittakis Eph. 921 (Beulé l'Acropole I p. 333. Hirschfeld Tituli statuariorum 31*c*). Est etiam in L. Rossii schedis.

Recte Pittakis supplet ἐξ Οἰ[ου] | ... Λεωχάρ[ης ἐποίησεν]. Nam nomen minoribus litteris subscriptum quin artificis sit vix licet dubitare. Utrumque autem titulum (nr. 421. 422) ad eundem Leocratem statuarium rettulerim, cuius infra duos habemus titulos, quorum alter in honorem M. Antonii, Anaxionis f. Aristocratis positus artificem Augusto antiquiorem non fuisse probat.

---

423 In ruderibus ecclesiae Παναγίας πυργιωτίσσης anno 1869 inventa est statua feminae lorica indutae, capite, brachiis, cruribus truncatae. In plica quadam eminente vestis inscriptio est, quam ediderunt W. Gurlitt Bullettino dell' Instituto 1869 p. 162 (Archaeol. Zeitung 1869 p. 676. Hirschfeld Tituli statuariorum 124). Heydemann Marmor-Bildwerke p. 315 nr. 836.

ΙΑΣΩΝ
ΑΘΗΝΑ
ΟΣΕΠΟ
ΕΙ

Var. lect. A Heydemann, Α Gurlitt.

I. e. Ἰάσων | Ἀθήνα[ῖ]ος ἐπο[ί]ει. Statuam cum titulo Hadriano non antiquiorem esse iudicat Gurlitt. Idem ex imaginibus quae loricae squamis insculptae sunt, inter quas Scylla est, hanc statuam a civitate quadam Italiae inferioris Athenis positam esse coniicit. Fortasse ex ea ipsa re, quod artifex peregrinae civitati operam suam praestitit, explicandum est, quod is non demoticum nomini addit, sed se simpliciter Atheniensem dicit.

---

424 Fragmenta duo lapidis Hymettii inventa apud Παναγίαν Πυργιώτισσαν. — *a* edd. Kumanudis Ἐπιγρ. Ἑλλ. 1860 nr. 30. Pervanoglu Bullettino dell' Instituto 1860 p. 212, utrumque Kumanudis Philist. I p. 369. Pervanoglu Bullettino dell' Instituto 1861 p. 44 (G. Hirschfeld Tituli statuariorum 121).

a *b*

ΤΙΜΟΚΡΑΤΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟ////
ΕΠΟΙΗΣΕΝ

I. e. Τιμοκράτης Ἀθηναῖο[ς] | ἐποίησεν. Pervanoglu mavult Ἀθηναίο[υ] supplere, quia inusitatum sit in artificio Athenis posito statuarium non pagi nomen suo nomini ascribere, sed civitatis. Quod in universum quidem verum est, sed cf. nr. 423. Quo in titulo si recte disputavi peculiarem eius rei causam esse, quid impedit quominus hic rem similiter se habere statuamus? Cf. I, 335.

---

425 Basis lapidis Hymettii, a. 0,69, l. 0,45, cr. 0,69, inventa ad ecclesiam Παναγίας πυργιωτίσσης. Edd. Pittakis Eph. 4106. Pervanoglu Bullettino dell' Instituto 1861 p. 43 (G. Hirschfeld Tituli statuariorum 125). Kumanudis Philist. I p. 369.

ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΗΣ⟩ΣΦΗΤΤΙΟΣΕΠΟΙΕΙ

I. e. Καλλισθένης (Καλλισθένους) Σφήττιος ἐποίει.

---

426 *'Angle from moulded block of white marble. Length, 9 in.; height, 5½ in.'* Mon. Mus. Brit. p. 133 nr. 71.

ΔΟΝΙΟΣΕΠΟΙΕΙ

I. e. [Ποσει]δ[ώ]νιος ἐποίει. Imperatorum aetatis titulum esse ex litterarum Ο et Ω confusione mihi videtur colligi posse (cf. Hermae VII, 292).

---

427 'In horologio marmoreo, olim Athenis in aula ecclesiae B. Virginis Panagiae Gorgopico, nunc in Elginianis Mus. Brit. nr. 285. Vide de hoc monumento Viscontum Mem. de Elgin. p. 98 sqq. ubi etiam titulus editus est. Eundem prius dederunt Gallandus in epistula ad Graevium inedita, Spon. Itin. T. III P. II p. 176. Pocock. Inscr. ant. P. I c. 5 s. 4 p. 55. Chandler Syllab. Inscr. p. XXX. Habeo etiam ex schedis Rosianis' Boeckh C. I. G. 522 (Pittakis l'ancienne Athènes p. 108. Rangabé Ant. Hell. 1107. Brunn Hist. artif. I p. 557). Mon. Mus. Brit. p. 134 nr. 72, quod exemplum accurate expressi.

ΦΑΙΔΡΟΣ:ΖΩΙΛΟΥ
ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ:ΕΠΟΙΕ

I. e. Φαῖδρος Ζωΐλου Παιανιεὺς ἐποίε[ι].

Neque hunc Phaedrum distinguendum esse ab illo quem habemus nr. 239 neque formula ὁ δεῖνα ἐποίει quemquam alium significari puto, quam artificem. Quamquam mirum est, eundem hominem sculptorem fuisse et ad archontis (sive strategi) munus pervenisse.

PARS OCTAVA.

STATVARVM SVBSCRIPTIONES ALIIQVE TITVLI HONORARII.

CLASSIS PRIMA.

TITVLI IMPERATORVM ROMANORVM.

428 Basis lapidis Hymettii, a. circiter 0,30, l. 1,20, inaedificata ad turrim septentrionalem ecclesiae Παναγίας πυργιωτίσσης. Ed. Kumanudis Ἐπιγρ. Ἑλλ. ἐκδ. δαπάνῃ τῆς ἀρχ. ἑταιρ. 1860 nr. 78.

Ο Δ Η Μ Ο Σ
Α Ι Ο Ν Ι Ο Υ Λ Ι Ο Υ Ν Κ Α Ι ⁻ ///
Ρ Χ Ι Ε Ρ Ε Α Κ Α Ι Δ Ι Κ ⁻ Α ///
Υ Τ Ο Υ Σ Ω Τ Η Ρ Α Κ Α ///

I. e. Ὁ δῆμος | [Γ]αΐον Ἰούλιον Καί[σαρα | ἀ]ρχιερέα καὶ δικ[τ]ά[τορα τὸν | ἑα]υτοῦ σωτῆρα κα[ὶ εὐεργέτην].

---

429 Fragmentum marmoris Pentelici, in arce. Exscripsit Koehler.

///
///Ο Υ Λ Ι Ο /////////////////// Ο ////// Ι Ι Ι Ι Τ Α Ι
Κ Α Ι Σ Α Ρ Α

527 Athenis; ex schedis Fourmonti ed. Boeckh C. I. G. 350. Pittakis l'ancienne Athènes p. 52. Periisse videtur.

ΖΑΝΙ
.ΛΕΥΘΕ
.ΙΟΑΝΤΟ
ΝΙΝΟΙΣΩ
ΤΗΡΙΟ

Var. lect. Pittakis haec omnia in unum versum coniungit et vitiis scripturae emendatis sic proponit:

ΖΑΝΙΕΛΕΥΘΕΡΙΩΙΑΝΤΩΝΙΝΩΙΣΩΤΗΡΙ

Tamen cave hunc alium titulum esse aut lapidem ipsum a Pittakisio inspectum conicias. Imo formam tituli, quam Boeckhius minusculis litteris adscripsit, Pittakis fideliter maiusculis suis expressit. Legendum Ζανὶ | [Ἐ]λευθε|[ρ]ί[ῳ] Ἀντ[ω]|νίν[ῳ] σω|τῆρι ὁ [δῆμος ὁ Λακεδαιμονίων?]. A civitate quadam Dorica statuam Athenis erectam esse, veluti a Lacedaemoniis, inter quorum titulos similes sunt (C. I. G. 1313. 1314), iure Boeckhius dixit.

28 Athenis exscripsit Mustoxydis, cuius apographum Forchhammerus transmisit Boeckhio.

ΤΑΙΛΙΟΥΑ
ΕΥΣΕΒΟΥΣΕΙ
ΑΔΡΙΑΝΟΥΕΙ
ΑΡΛΛ
ΠΟΠΛΙΟΣΚΟΡΝΗΛΙΟΣΜΑ

Videtur legendum esse: Τ(ίτου) Αἰλίου Ἀ[δριανοῦ Ἀντωνείνου] | Εὐσεβοῦς [Σ]ε[βαστοῦ, υἱοῦ Θεοῦ] Ἀδριανοῦ ..... | Πόπλιος Κορνήλιος Μα....

---

29 Ad ecclesiam semirutam S. Georgii. Edidit Chandler Inscr. P. II n. 38 p. 57; ex eo Boeckh C. I. G. 347. *'Unter dem Dionysostheater'* L. Ross, cuius in schedis est apographum Chandleriano accuratius.

ΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑΤΡΑΙΑΝΟ[Ν]
ΡΙΑΝΟΝΑΝΤΩΝΕΙΝΟ[Ν]ΣΕΒΑΣΤΟΝΕΥΣΕΒΗΑ
140 p. Chr. ΑΤΟΡΑΤΟ·Β·ΥΠΑΤΟΝΤΟ·Γ·ΠΑΤΕΡΑΠΑΤΡΙΔΟΣΣ[Ν]
ΑΙΙΑΥΞΗΣΑΝΤΑΤΑΣΤΟΥΘΕΟΥΠΑΤΡΟΣΑΥΤΟ

Var. lect. Quae Rossius in lapide invenit a Chandlero non lecta, a uncis inclusi. V. 2 med. ANTONINO . ΣΕΒ etc. Chandl., quod dedi, Ross. || extr. ΣΕΒΗΑ Chandl., ΣΕΒΗ/ Ross. || v. 3 puncta ante numerorum notas omisit Ross, post illas habet. || v. 4 Ross nihil legit nisi haec: ΙΛΥΤΗΣΑΝΤΑ . . . ΤΟΥ etc.

[Αὐ]τοκράτορα Καίσαρα Τραιανὸν | [Ἀδ]ριανὸν Ἀντωνεῖνον Εὐσεβῆ, Α[ὐτο|κρ]άτορα τὸ β', ὕπατον τὸ γ', πατέρα πατρίδος, σὺ[ν ..|..] αὐξήσαντα τὰς τοῦ Θεοῦ πατρὸς αὐτο[ῦ εὐεργεσίας].

---

30 Lapis Pentelicus inventus prope Parthenona, nunc in tres partes fractus, quae exstant in Pinacotheca. Edd. Pocock. Inscr. ant. P. I c. 5 s. 4 p. 52 n. 32. Chandler Inscr. P. II p. 52 n. 21. Boeckh C. I. G. 348. Pittakis l'ancienne Athènes p. 273. 318. Exscripsit Koehler.



Var. lect. Koehlerum secutus sum, liiteras quarum ille ne vestigium quidem invenit, uncis inclusi. Priora apographa titulum integrum exhibent.

Legendum Αὐτοκρά|τωρ Τίτος | Αἴλιος Ἀδρι|ανὸς Ἀντω|νεῖνος Σεβ|αστὸς εὐ|σεβής.

---

31 In basi lapidis Pentelici, a. 0,65, l. 0,72, cr. 0,66, inventa a. 1862 in theatro Bacchi in occidentali parte caveae, ubi nunc quoque est. Edd. Rhusopulos Eph. nov. 242. Kumanudis Phil. IV p. 545.

ΜΑΡΚΟΝΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΚΑΙΣΑΡΑΥΤΟΚΡΑ
ΤΟΡΟΣΑΝΤΩΝΙΝΟΥ
ΥΙΟΝΤΟΝΠΡΟΣΤΑ
ΤΗΝΑΘΗΝΑΙΟΙ

I. e. Μᾶρκον Αὐρήλιον | Καίσαρα, Αὐτοκρά|τορος Ἀντωνίνου | υἱόν, τὸν προστάτην Ἀθηναῖοι.

---

32 In basi marmoris Pentelici inventa anni 1837 aestate ad viam novam Aeoli; nunc est ante templum Thesei. Ross in Archaeol. Intelligenzbl. 1838 N. 34. Demen n. 66. Pittakis l'ancienne Athènes p. 494. Lebas Attique 147. Schoell Arch. Mitth. p. 121. (O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 54 n. 85). Exscripsit Koehler.

ΕΠΙΝΕΙΚΗ ΚΑΙ
ΥΓΕΙΑ ΤΩΝ
ΘΕΙΩΝ ΚΑΙ ϕΙ
ΛΑΔΕΛϕΩΝ ΑΥ
ΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝΜΑΡ
ΚΟΥΑΥΡΗΛΙΟΥ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΚΑΙΛΟΥΚΙΟΥΑΥ
ΡΗΛΙΟΥΟΥΗΡΟΥ

ΕΠΙΜΕΛΗΤΕΥΟΝΤΟΣΓΝΑΙΟΥΛΙΚΙΝ
ΝΙΟΥΑΤΤΙΚΟΥΓΑΡΓΗΤΤΙΟΥ

I. e. Ἐπὶ νείκῃ καὶ | ὑγείᾳ τῶν | Θείων καὶ φι|λαδέλφων Αὐ|τοκρατόρων Μάρ|κου Αὐρηλίου | Ἀντωνείνου | καὶ Λουκίου Αὐ|ρηλίου Οὐήρου· | ἐπιμελη-τεύοντος Γναίου Λικιν|νίου Ἀττικοῦ Γαργηττίου.

---

533 Athenis in quadam ecclesia. Ex schedis Fourmonti ed. Boeckh C. I. G. 352. Pittakis l'ancienne Athènes p. 132.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΑΥΡΗΛΙΩΑΝΤΩΝΕ
ΝΩΙ·ΚΑΙΑΥΤΟΚΡΑΤΩ
ΡΙΛΟΥΚΙΩΒΗΡΩϕΙ

Var. lect. Pittakis hanc tituli formam exhibet:

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΑΥΡΗΛΙΩΙΚΑΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΛΟΥΚΙΩΙΒΙΡΩΙ
ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΟΙΝ
ΗΠΟΛΙΣ

Quem titulum eundem esse cum Boeckhiano vix quisquam concedet, nisi qui rationem titulorum tractandorum, qua Pittakis in illo libro utitur, multis exemplis perspexerit. Quae sub finem addita sunt, ex supplemento a Boeckhio proposito Φι[λαδελφέων ἡ πόλις] confinxit Pittakis, ΟΙΝ pro ΩΝ mera neglegentia expressum videtur. Eiusmodi supplementorum nullo indicio a genuinis titulorum litteris separatorum magna in illo libro copia est. In eis quae antecedunt inprimis Marci praenomen omissum titulum eundem esse arguit. Eius rei enim apud

Boeckhium manifesta est causa: excidit scilicet lapidis angulo dextro superiore fracto. At apud Pittakin, si re vera hic titulus ab illo diversus esset, eius rei causa nulla cogitari posset. Ceterum sic sine dubio titulus supplendus est: Αὐτοκράτορι [Μάρκῳ] | Αὐρηλίῳ Ἀντωνε[ί]|νῳ καὶ Αὐτοκράτ[ο]|ρι Λουκίῳ Βήρῳ φι|[λαδέλφοις]. Recte enim Neubauer Comm. epigr. p. 63 dixit, quum aliis exemplis probetur, fratres illos Augustos ab Atheniensibus φιλαδέλφων cognomine honoratos esse, nullam caussam esse, cur cum Boeckhio Φι[λαδελφέων ἡ πόλις] vel simile aliquid scriptum fuisse suspicemur.

---

534 In basi inter rudera templi Cereris et Proserpinae Eleusine. Ed. Spon. Itin. T. III P. II p. 126. Ex eo et Fourmonti schedis Boeckh C. I. G. 351.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣ
ΑΡΑΜ · ΑΥΡΗΛΙΟΝΑΝΤΩΝΙΝ
ΟΝΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝΠΑΡΘΙΚΟΝ
ΜΗΔΙΚΟΝΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΙ
ΟΙΚΑΤΑΚΥΡΗΝΗΝΔΙΑΜ ·
ΙΟΥΛΙΟΥΠΡΑΞΙΔΟΣ
ΠΑΝΕΛΛΗΝΟΣ

I. e. Αὐτοκράτορα Καίσ|αρα Μ. Αὐρήλιον Ἀντωνῖν|ον Γερμανικὸν Παρθικὸν | Μηδικὸν Ἀπολλωνιᾶται | οἱ κατὰ Κυρήνην διὰ Μ. | Ἰουλίου Πράξιδος | Πανέλληνος.

Germanici cognomen anno 172 p. Chr. assumpsit M. Aurelius (Eckhel D. N. VII p. 59) neque in titulo offendere possunt Medici Parthicique nomina tunc etiam retenta, cum in nummis illud ab anno 167, hoc a L. Veri morte (a. 169) non amplius inveniatur. Contra ei rei fortasse aliquid tribuendum est, quod ab hoc titulo abest nomen Sarmatici; qua re inter 172 et 175 p. Chr. (Eckhel VII p. 74) titulum incisum putaverim.

---

535 *'Sur un fragment de base circulaire en marbre pentélique, découvert au pied de la terrasse du puits Callichoron'* (Eleusine). Ed. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 294 n. 54.

ΤΟΚΡΑΤΟ
ϽΝΑΥΡΗΛ

[Αὐ]τοκρά[τορα Καίσαρα ..... Μᾶρκ]ον Αὐρήλιον ... Quis sit ex illis imperatoribus, qui M. Aurelii nominibus usi sunt, dubium est.

---

536 In fragmentis quattuor tabulae marmoris Pentelici inventis infra gradus templi Νίκης Ἀπτέρου. Descripsit Koehler.



Ἀγα[θῇ] τύ[χῃ | τῶ]ν [Θειο]τάτω[ν] Α[ὐτο|κρα]τόρων | [Λουκίου Σ]επτιμίου | [Σεουήρου Π]ερτίνακος | [καὶ Μάρκου Αὐ]ρηλίου | [καὶ Ποπλίου Σεπτιμίου | Γέτα | Εὐσεβῶν Σε]β[αστῶν] etc. Quae sequuntur reliquiae minutissimae iam suppleri non possunt. V. 11 fortasse [Φαλ]ηρέα fuit. Quod sola imperatorum nomina supersunt, titulum huc rettuli, etsi honorarius esse non videtur.

537 Fragmenta duo lapidis Pentelici, inventa Eleusine. Alterum (*a*) solum edidit Pittakis Eph. 3837, utrumque Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 295 n. 57. Conze et Michaelis Bullettino dell' Instituto 1860 p. 182, quorum exemplum sequor, aliorum erroribus non notatis.



I. e. [..... Αὐτοκρ]άτορος | Λ. Σεπτιμ[ίου Σεβήρου Σεβαστ]οῦ | Περτίνα[κος Ἀραβικοῦ] Ἀδια|βηνικο[ῦ Παρθικοῦ μεγίστου εὐ]τυχ[οῦς] | καὶ Ἰουλί[ας Σεβαστῆς] sqq.

---

538 In columna lapidis Pentelici inventa anno 1857 prope Odeum Herodis Attici. Nunc est in arce prope domum custodum. Ed. Pittakis Eph. 3140. Exscripsit Koehler.

ΩΜΕΓΙΣΤΩ
ΑΙΘΕΙΟΤΑΤΩ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΓΙΟΥΛΙΩΒΗΡΩ
ΑΞΙΜ /// /// ΝΩ
ΒΑ //// ΚΑΙ
ΕΝΝΑΙΟΤΑΤΩ
ΑΥΤΟΥ
ΣΑΡΙ · Γ
ΛΙΩΒΗΡΩ

I. e. [Τ]ῷ μεγίστῳ | [κ]αὶ θειοτάτῳ | Αὐτοκράτορι | Γ. Ἰουλίῳ Βήρῳ | Μαξιμ[εί]νῳ | [Σε]βα[στῷ] καὶ | [τῷ γ]ενναιοτάτῳ | [υἱῷ] αὐτοῦ | [Καί]σαρι Γ. | [Ἰου]λίῳ Βήρῳ | [Μα]ξ[ίμ]ῳ.

Ultimi versus reliquiae a Koehlero exscriptae, quas Pittakis prorsus neglexit, alicuius momenti sunt propterea quod ex eis apparet, Μαξίμῳ, non Μαξιμείνῳ in lapide scriptum fuisse. Quod aliis lapidibus et nummis comprobatur (Eckhel VII p. 297). Errant qui filium patri cognominem fuisse produnt.

---

539 Athenis; ex Mustoxydis schedis apographum Forchhammerus transmisit Boeckhio.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡΣΥΝ
ΔΙΟΚΛΙΤΙΑΝΩΚΑΙΜΑΞΙΜΙ
ΑΝΩΣΕΒΑΣΤΟΣΟΚΡΑΤΙΣΤΟΣ

Speciem quidem magnae fidei prae se fert apographum, ut una modo littera mutata legi posse videatur Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ σὺν | Διοκλ[η]τιανῷ καὶ Μαξιμι|ανῷ Σεβαστὸς ὁ κράτιστος. At ea lectio quot quantasque in reprehensiones incurrat non est quod dicam. Quare illa species falsa iudicanda est; nempe Mustoxydis quam de tituli argumento atque nexu vocabulorum ex eis quas perspicere poterat reliquiis animo suo informaverat, ex ea etiam quae iam cognosci non poterant constituisse videtur. Emendatio autem et certissima et satis facilis est. Lege igitur: Αὐτοκράτ[ο]ρ[σι] Καίσαρσ[ι]ν | Διοκλ[η]τιανῷ καὶ Μαξιμι|ανῷ Σεβαστο[ῖ]ς ὁ κράτιστος ..... Ultimum vocabulum quin praemissum fuerit nomini eius qui dedicavit, eo minus dubitari potest, quod hoc vocabulum non Imperatoris, sed hominum senatorii ordinis est (cf. n. 10 ὁ κράτιστος πρεσβευτὴς [αὐτῶν καὶ ἀντιστράτηγος] καὶ λογιστὴς τῆς πατρίδος ἡμῶν).

540 Ed. Pittakis l'ancienne Athènes p. 307.

ΣΕΒΕΙΝΟΝ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΥΙΟΝ

De corruptela dubitari non potest. Mihi verisimile videtur sic fere scriptum fuisse: [τὸν δεῖνα ..... Εὐ]σεβ[ῆ], ν[ἱ]ον [Διόνυσον ..... τοῦ δεῖνος] Καίσαρος υἱόν.

CLASSIS ALTERA.

TITVLI REGVM ET REGINARVM ET CIVITATIVM.

541 Titulus Athenis a. 1743 repertus. Apographum a consule Gallico Gasparo Parisios missum edidit Belleius Hist. Acad. Inscr. T. XXIII p. 189. (Corsin. Inscr. Att. (F. A. T. IV prolegg.) p. LVI. Le Roy Mon. Gr. T. I p. 28. Eckhel D. N. T. III p. 199). Varietatem lectionis dedit Chandlerus Inscr. Syll. p. 27 qui vidit in equili Turcae. Ex his ed. Boeckh C. I. G. 357. (Pittakis l'ancienne Athènes p. 209 not. 2, qui titulum in Odeo repertum dicit. Franz El. epigr. p. 233 n. 88).

ΒΑΣΙΛΕΑΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΗΝΦΙΛΟΠΑΤΟΡΑΤΟΝΕΚΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ
ΑΘΗΝΑΙΔΟΣΦΙΛΟΣΤΟΡΓΟΥΟΙΚΑΤΑΣΤΑΘΕΝΤΕΣ
ΥΠΑΥΤΟΥΕΠΙΤΗΝΤΟΥΩΙΔΕΙΟΥΚΑΤΑΣΚΕΥΗΝ
ΓΑΙΟΣΚΑΙΜΑΡΚΟΣΣΤΑΛΛΙΟΙΓΑΙΟΥΥΟΙΚΑΙ
ΜΕΝΑΛΙΠΠΟΣΕΑΥΤΩΝΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Var. lect. V. 4 ΩΙΔΕΙΟΥ Chandler, ΩΙΔΕΟΥ Bell. Cors. || v. 5 ΥΟΙ Chandl., ΥΙΟΙ Bell. Cors.

Βασιλέα Ἀριοβαρζάνην Φιλοπάτορα, τὸν ἐκ βασιλέως | Ἀριοβαρζάνου Φιλορωμαίου καὶ βασιλίσσης | Ἀθηναΐδος Φιλοστόργου, οἱ καταστα θέντες | ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ τὴν τοῦ Ὠιδείου κατασκευὴν | Γάϊος καὶ Μᾶρκος Στάλλιοι Γαΐου υἱοὶ καὶ | Μενάλιππος, ἑαυτῶν εὐεργέτην.

De hoc titulo optime exposuit Belleius, quem Boeckhius iure secutus est quamvis ab illo dissentiente Corsino. Quae res sit facillime apparebit ex stemmate regum Cappadociae ad Bellei sententiam conformato:

Ariobarzanes I Philoromaeus (91—59 a. Chr. aut amplius) ⌣ Athenaïs *φιλόστοργος* natu maior

(n. 541. 542) — Ariobarzanes II Philopator (65—52 circ., primo cum patre deinde solus. Odeum incendio deletum restituit Vitruv. V, 9, 1) ⌣ Athenaïs *φιλόστοργος* natu minor

(n. 543) — Ariobarzanes III Eusebes Philoromaeus (52—42, quo tempore occisus est)

542 Columna rotunda alta 1,60, diam. 0,70, inventa in theatro Bacchi. Edd. Pervanoglu Bullettino dell' Instituto arch. 1862 p. 120. Rhusopulos Eph. nov. 167. Kumanudis Phil. III p. 462 n. 1.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΒΑΣΙΛΕΑΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΗΝ
ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΑΤΟΝΕΚΒΑΣΙ
ΛΕΩΣΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥΦΙ
ΛΟΡΩΜΑΙΟΥΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣ
ΣΗΣΑΘΗΝΑΙΔΟΣΦΙΛΟΣΤΟΡ
ΓΟΥΤΟΝΕΑΥΤΟΥΕΥΕΡΓΕ
ΤΗΝΑΝΕΘΗΚΕΝ

Ὁ δῆμος | *Βασιλέα* Ἀριοβαρζάνην | Φιλοπάτορα, τὸν ἐκ *Βασι*|λέως Ἀριοβαρζάνου Φι|λορωμαίου καὶ *Βασιλίσ*|σης Ἀθηναΐδος Φιλοστόρ|γου, τὸν ἑαυτοῦ εὐεργέ|την ἀνέθηκεν. Cf. adn. ad n. 541.

---

543 Athenis. E schedis Chishullianis ed. Corsinus (minusculis) Inscr. Att. (Prolegg. F. A. T. IV) p. XLVII, Belleius Hist. Acad. Inscr. T. XXIII p. 197, Eckhel D. N. III p. 200' Boeckh C. I. G. 358. (Pittakis l'ancienne Athènes p. 75. Franz El. epigr. p. 234 n. 89).

Ο Δ Η Μ Ο Σ
ΒΑΣΙΛΕΑΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΗΝΕΥΣΕΒΗΦΙΛΟ
ΡΩΜΑΙΟΝΤΟΝΕΚΒΑΣΙΛΕΩΣΑΡΙΟΒΑΡΖΑ
ΝΟΥΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣΑΘΗ
ΝΑΙΔΟΣΦΙΛΟΣΤΟΡΓΟΥΤΟΝΕΑΥΤΟΥΕΥ
ΕΡΓΕΤΗΝΑΝΕΘΗΚΕΝ

I. e. Ὁ δῆμος | *Βασιλέα* Ἀριοβαρζάνην Εὐσεβῆ Φιλο|ρωμαῖον, τὸν ἐκ *Βασιλέως* Ἀριοβαρζά|νου Φιλοπάτορος καὶ *Βασιλίσσης* Ἀθη|ναΐδος Φιλοστόργου, τὸν ἑαυτοῦ | εὐεργέτην ἀνέθηκεν. Cf. adn. ad n. 541.

---

544 *'Drei kleine Bruchstücke, wie es scheint, bei der Attalosstoa gefunden'.* Exscripsit Koehler.

a Δ Η Ι Ο Τ
Α Λ
b

Ο Σ
ΝΟΡΙΓΟΣ *c*

Sic fere titulus supplendus videtur:

[Ὁ δῆμ]ος
Δηϊότ[αρον Δομ]νόριγος (?)
[Γ]αλ[ατῶν *Βασιλέα*, ἀρετῆς]
[ἕνεκα].

Sine dubio ad Deiotarum natu maiorem spectat titulus; patris nomen nusquam quod sciam alibi traditum est. Ac sane ex eis quae nota sunt nominibus Gallicis (cf. Zeuss gramm. Celt. ed. 2 cur. Ebel p. 1110 sq.) nullum aliud est, cuius hae reliquiae esse possint, praeter illud quod posui. Tamen minime certum est supplementum, nam potest etiam nomen scriptum fuisse ceteroquin plane ignotum.

---

545 Fragmentum lapidis Eleusinii occidentem versus a Parthenone. Ed. Pittakis Eph. 2612. 3820. Exscripsit Koehler.

Δ Η Μ Ο Σ
Γ Α Δ Ο Κ Ι
Σ Κ Ι Λ Ι Κ Ι Α Σ Α
Λ Ο Γ Α Τ Ρ Ι Ν Α Ρ Ε
Ε Ν Ε Κ Α

Quamquam nomen non servatum est, tamen quin titulus ad Archelaum eum, qui a M. Antonio anno 36 a. Chr. (718 u. c.) in locum Ariarathis rex Cappadociae constitutus est, referendus sit, dubitari nullo modo potest. Primum enim id efficit Cappadociae coniunctio cum parte aliqua Ciliciae sub eiusdem regis imperio; quae eis temporibus, quae hic omnino in censum venire possunt, nunquam fuit nisi sub Archelao; deinde cognomen *φιλόπατρις* praeterea nulli quod sciam regi tributum (quum illa *φιλοπάτωρ, φιλομήτωρ, φιλάδελφος* usitatissima sint) hunc Archelaum gessisse nummi demonstrant (Eckhel D. N III p. 201). Quare supplendum est:

[Ὁ] δῆμος
[*Βασιλέα* Καπ]παδοκί[ας καὶ τῆς]
[τραχεία]ς Κιλικίας Ἀ[ρχέλαον]
[φι]λόπατριν ἀρε[τῆς]
ἕνεκα.

Ceterum titulus anno 20 a. Chr. (734 u. c.) recentior sit necesse est, quia eo demum anno pars aliqua Ciliciae Archelao attributa est (Dio LIV, 9). [τραχεία]ς supplevi e Strabone, qui partem Ciliciae Archelao attributam semper *Κιλικίαν τραχεῖαν* dicit (p. 535. 540. 671 C), cum Dio (LIV, 9) minus accurate de partibus quibusdam mari adiacentibus dicat.

---

546 Fragmentum basis marmoris Hymettii inventum in arce occidentem versus a Parthenone. Exstat in Pinacotheca. Edidit Pittakis l'ancienne Athènes p. 117. Eph. 1024. Exscripsit Koehler, cuius ex apographo ed. Th. Mommsen Eph. epigr. I p. 278.

[illegible] Η Ε Ξ Α Ρ
Χ Ε Λ Α Ο Ν Φ Ι Λ Ο
Ξ Ν Ε Κ Α Τ Η Σ Ε Ι Σ

[Ἡ *β*]ουλὴ ἡ ἐξ Ἀρ[είου πάγου *Βασιλέα*]
[Ἀρ]χέλαον φιλό[πατριν, εὐεργεσίας]
ἕνεκα τῆς εἰς [ἑαυτήν].

Cf. adn. ad n. 545.

---

547 Basis lapidis Pentelici inventa, ut Pittakis refert, ad Parthenonem. Nunc est infra Propylaea. Edd. Pittakis Eph. 92. Beulé l'Acropole II p. 206. (O. Iahn Pausaniae descr. arcis p. 54 n. 79.) Bergmann Bullettino dell' Inst. arch. 1871 p. 82. Contulit Koehler. Est etiam in L. Rossii schedis.

Ο Δ Η Λ
Β Α Σ Ι Λ Ι Σ Σ Α Ν Π Υ Θ Ο Δ Ω Ρ Ι Δ Α
Φ Ι Λ Ο Μ Η Τ Ο Ρ Α

Ὁ δῆμ[ος] | *Βασίλισσαν* Πυθοδωρίδα | Φιλομήτορα.

De Pythodoride Philometore regina, uxore primum Polemonis regis Ponti, deinde Archelai regis Cappadociae, accuratissime exposuit Th. Mommsen Eph. epigr. I p. 270 sqq., qui eam Pythodori ex Antonia M. Antonii triumviri filia natu maxima filiam esse demonstravit, inprimis titulo Smyrnaeo usus a Bergmanno et Gelzero edito, qui sic se habet: Ὁ δῆμος Ζήνωνα, *Βασιλίσσης* Πυθοδωρίδος Φιλομήτορος καὶ *Βασιλέως* Πολέμωνος υἱόν, θυγατριδῆ δὲ τῆς εὐεργέτιδος Ἀντωνίας, ἐτείμησεν.

---

548 Basis marmoris Pentelici. Supra hunc titulum alius antiquior est I, 386. In arce occidentem versus a Parthenone. Edd. Pittakis Eph. 94. Rangabé Ant. Hell. 48. (Cavedoni Bullettino dell' Inst. arch. 1849 p. 111. O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 51 n. 59.) Beulé l'Acropole I p. 345. Exscripserunt Ross et Koehler, cuius ex apographo ed. Th. Mommsen Eph. epigr. I p. 278.

Ο Δ Η Μ Ο Σ
Β Α Σ Ι Λ Ε Ω Σ Α Ρ Χ Ε
Λ Α Ο Υ Υ Ι Ο Ν
Α Ρ Χ Ε Λ Α Ο Ν

I. e. Ὁ δῆμος | *βασιλέως* Ἀρχε|λάου υἱὸν | Ἀρχέλαον.
'Rex Archelaus non potest esse nisi ultimus rex Cappadociae; filius autem sine dubio is est, qui avito Cappadociae regno in provinciae formam redacto Ciliciae aliquam partem retinuit, memoratus Tacito ad a. p. C. 36 (ann. VI, 41)' Mommsen l. l.

---

549 Titulus lectu difficillimus scriptus in fragmento marmoris Eleusinii in arce. Exscripsit Koehler, cuius ex apographo ed. Th. Mommsen Eph. epigr. I p. 277.



Sic supplevit Mommsen:
[ἡ *β*]ουλὴ καὶ [ὁ δῆμος]
[*β*]ασίλισσαν [Γλαφύραν]
Ἀ[ρ]χ[ε]λ[ά]ου Θυγ[ατέρα, Ἰό]βα
γυναῖκα, [ἀρετῆς ἕνεκα].
Glaphyra Archelai ultimi Cappadociae regis filia Iubae regi nupsit post annum 4 a. Chr. (750 u. c.), mortua est a. 7 p. Chr., ut refert Iosephus (antt. Iud. 17, 13, 4. bell. Iud. 2, 7, 4) allatus a Mommseno.

550 Basis lapidis Eleusinii, inventa in arce orientem versus a Propylaeis. Ed. Pittakis Eph. 3442. Contulit Koehler.

Ο Δ Η Μ Ο
Β Α Σ Ι Λ Ε Α Η Ρ Ω Δ Η Ν Φ Ι Λ Ο
Ρ Ω Μ Α Ι Ο Ν Ε Υ Ε Ρ Γ Ε Σ Ι Α Σ
Ε Ν Ε Κ Ε Ν Κ Α Ι Ε Υ Ν Ο Ι Α Σ Τ Η Σ
Ε Ι Σ Ε Α Τ Ο Ν

I. e. Ὁ δῆμο[ς] | *βασιλέα* Ἡρῴδην Φιλο|ρωμαῖον, *εὐεργεσίας* | *ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς* | *εἰς ἑαυτόν.*

Hunc Herodem diversum ab eo esse quem habemus n. 551, ex epithetorum honorificorum differentia (hic Φιλορωμαῖος, illic Εὐσεβὴς καὶ Φιλοκαῖσαρ) apparet. Ac si reputaverimus Agrippam I Herodis maioris filium in titulo Syriaco apud Waddington n. 2365 cognomina Φιλοκαῖσαρ Εὐσεβὴς καὶ Φιλορωμαῖος gerere, ex ipsorum cognominum vi ac significatione apparere videtur, antiquissimum ex his cognominibus esse Φιλορωμαῖος assumptum cum nondum Augusti unius imperium stabilitum esset (cf. Ariobarzanis I et III cognomina n. 541—543); quare qui hoc solum gessit (n. 550) sine dubio est Herodes I, qui vulgo Magnus dicitur. Addidit deinde Agrippa filius illa Εὐσεβὴς et Φιλοκαῖσαρ; recentioris etiam aetatis esse videtur abiectum Φιλορωμαῖος ita ut illa sola manerent; quare alterum titulum n. 551 ad Herodem Chalcidis regem, maioris illius nepotem, rettulerim.

---

551 Basis lapidis Hymettii inventa occidentem versus ab Erechtheo, ubi etiamnunc exstat. Ed. Pittakis Eph. 3768. Exscripsit O. Lueders. A sinistra parte lapis detritus est, sed ita ut legi tamen possint quae ibi scripta sunt.



I. e. [Ὁ δ]ῆμος | [*βασιλ*]έα Ἡρῴδην Εὐσεβῆ καὶ Φιλοκαίσαρα | [ἀ]ρετῆς ἕνεκα καὶ εὐεργεσίας.
Cf. adn. ad n. 550. Si recte disputavi, hunc titulum ad Herodem Chalcidis regem pertinere, ante annum 48 p. Chr., quo ille rex mortuus est, compositus videtur (cf. Nipperdey ad Tac. ann. XIII, 7).

---

552 Basis marmoris Pentelici inventa in arce inter Propylaea et Parthenona. Edd. Ross Kunstblatt Januar 1838 (Arch. Aufs. I p. 158). Pittakis Eph. 261. Beulé l'Acropole I p. 334. Schoell Arch. Mitth. p. 128 (O. Iahn Pausaniae descr. arcis p. 43 n. 5. G. Hirschfeld Tituli statuariorum 119). Contulit Koehler. Habeo etiam ex L. Rossii schedis.

Β Α Σ Ι Λ Ε Α Ρ Α Σ Κ Ο Υ Π Ο Ρ Ι Ν Κ Ο Τ Υ Ο Σ
Α Ρ Ε Τ Η Σ Ε Ν Ε Κ Ε Ν Τ Η Σ Ε Ι Σ Ε Α Τ Ο Ν

Α Ν Τ Ι Γ Ν Ω Τ Ο Σ Ε Π Ο [Η] Σ Ε ////

Var. lect. V. 3 litteram Η non habet Koehler.
I. e. *Βασιλέα Ῥασκούποριν Κότυος,* | *ἀρετῆς ἕνεκεν τῆς εἰς ἑατόν.* — *Ἀντίγνωτος ἐπόησε*[*ν*].
Hunc titulum Th. Mommsen Eph. epigr. II p. 253 n. 6 tribuit Rhescuporidi Cotyis filio qui regnavit a. 16—11 a. Chr. (738—743 u. c.) interfectusque est adulescens stirpe nulla relicta. Cui rei una sed ea haud levis ratio obstare videtur. Nempe coniunctissimus est hic titulus cum n. 553. Nam Mommsenus quidem illum titulum longe antiquiori tempori adscribendum censuit quam hunc; at in utroque eiusdem Antignoti artificis nomen est. Quare simul Rhescuporidi et Cotyi statuae erectae esse videntur, et propter nominum rationem vix dubitari licet, quin aut Cotys (n. 553) Rhescuporidis (n. 552) filius fuerit, aut vice versa. At ita non potest Rhescuporis is esse, quem Mommsenus vult. Primum enim Cotys (n. 553) illius Rhescuporidis filius quidem esse non potest, quod is omnino sine prole decessit; sed ne pater quidem esse potest, quoniam Rhescuporidis illius pater Cotys Sadalae non

Rhescuporidis alicuius filius fuit. Accedit quod in altera parte lapidis n. 553 scriptus est titulus honorarius Paulli Fabii Maximi cos. a. 11 a. Chr. (743 u. c.) n. 588. Quare Cotyis titulus aut compluribus decenniis antiquior, aut eodem intervallo recentior sit necesse est, quam Paulli. Nam vel regis vel hominis Romani nobilissimi statuam paucis interiectis annis demptam aliamque impositam esse quis tandem credet? Quod si Rhescuporidis titulus eiusdem fere aetatis est atque Cotyis, ne ille quidem potest in annos 16—11 a. Chr. incidere. Quare eo inclino ut de Cotyis quidem titulo (n. 553) Mommseno adsentiar, eumque illo Paulli Fabii multis annis antiquiorem putem; eidem aetati autem etiam Rhescuporis ascribendus erit. Uterque regulus ceteroquin ignotus. Utrum ei rei quod n. 553 et filius Cotys et pater Rhescuporis reges dicuntur, n. 552 vero regis Rhescuporidis pater simpliciter Cotys dicitur, aliquid tribuendum sit, difficile est diiudicatu; sed si ea res aliquid momenti habet — et sane eandem distinctionem habemus n. 557, ubi de Antiocho IV Commagenes scriptum est *Βασιλεὺς Ἀντίοχος Βασιλέως Ἀντιόχου*, de Seleuco I Syriae vero *Βασιλεὺς Σέλευκος Ἀντιόχου Νικάτωρ* —, inde apparere videtur, Rhescuporidem (n. 552) ex ea familia primum regem factum, Cotyn vero (n. 553) illius filium esse. Ad eundem Cotyn sine dubio pertinent nummi inscripti ΒΑΣΙΛΕΥΣΚΟΤΥΣ)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΑΙΣΚΟΥΠΟΡΙΔΟΣ (Eckhel D. N. II, 59. Mommsen l. l. p. 253 n. 4). Sane totam hanc sententiam quae est de utriusque tituli aetate multo confidentius pronuntiarem, si plane certum esset Antignoti nomen (n. 553) re vera non ad Paulli Fabii, sed ad Cotyis titulum pertinere (cf. var. lect. n. 553). Ceterum idem artifex nominatur a Plinio XXXIV, 8, 86, neque tamen quicquam de eius aetate inde cognoscitur.

---

553 Athenis in Erechtheo. Ed. Boeckh C. I. G. 359 ex schedis Akerbladii a Muentero missis. Praeterea de apographo Fauveliano dicit idem in Addendis vol. I p. 911. (O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 43 n. 6. G. Hirschfeld Tituli statuariorum 120*a*). Nunc lapis periisse videtur. In altera parte est titulus Paulli Fabii Maximi n. 588.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΒΑΣΙΛΕΑ ΚΟΥΤΥΝ ΒΑΣΙΛΕΟΣ
ΡΑΙΣΚΟΥΠΟΡΙΔΟΣ ΥΟΝ ΑΡΕΤΗΣ
ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΕΙΣ ΑΥΤΟΝ

In aversa eiusdem lapidis parte:

ΑΝΤΙΓΝΩΤΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ

Var. lect. V, 1 ΟΔΗΜΟΣ ab Akerbladio omissum ex Fauvelii schedis accessit. Admodum dubia res est de nominibus artificum utrique titulo subscriptis. Atque plenissimum quidem in ea re est apographum Fauvelii. Is igitur huic quidem Cotyis titulo, sed *inversa litterarum positura* subscriptum esse indicat ΕΥΜΝΗΣΤΟΣ ΩΣΙΚΡΑΤΙΔΟΥ ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ, alteri vero Paulli Fabii Maximi (n. 588) *item inversa litterarum positura* ΑΝΤΙΓΝΩΤΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ. Quod si ita est, tamen Eumnesti nomen ad Paulli Fabii, Antignoti vero ad Cotyis titulum pertinere putaverim. Nam vix artifex uterque nomen inciderit ita inversum, ut supra essent quae infra esse deberent. Sed potius in aversa parte lapidis, qui sustinebat Cotyis regis statuam, Antignoti artificis nomen incisum fuisse videtur; tum lapis cum Cotyis statua dempta Fabii Maximi imponeretur, ita versus est, ut quae antica pars fuerat, postica, quae superior fuerat, inferior fieret: incisumque est in antica supra Antignoti artificis nomen Fabii titulus honorarius, in postica infra Cotyis titulum nomen Eumnesti artificis, qui Fabii imaginem fecerat, ita ut iam in utraque parte artificum nomina diversam a titulis honorariis litterarum posituram haberent. Quae ita disputata sunt, ut a Fauvelii testimonio proficiscerer. At Akerbladius illa ΑΝΤΙΓΟΝΟΣ (sic scribit pro ΑΝΤΙΓΝΩΤΟΣ) ΕΠΟΙΗΣΕΝ inversis litteris non Paulli Fabii, sed Cotyis titulo subiuncta refert. Denique Boeckhius addit: '*In alio tamen Koehleriano exemplo* (cuius praeterea mentionem facit nullam) *plane desunt illa inversa*'. Quae res quum lapis non exstet, iam diiudicari nequit. Verisimile tamen Antignoti artificis operam non ad Fabii sed ad Cotyis statuam referendam esse propter n. 552. (Cf. Brunn Hist. artif. I p. 553.)

Ὁ δῆμος | Βασιλέα Κοῦτυν, Βασιλέος | Ῥαισκουπόριδος υἱόν, ἀρετῆς | ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς αὐτόν. — Ἀντίγνωτος ἐποίησεν.

Cf. adn. ad n. 552.

---

554 Fragmentum basis lapidis Pentelici, in arce orientem versus a Propylaeis. Ed. Pittakis Eph. 3860. Contulit Koehler.

ΟΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΝ
ΣΜΙΘΡΙΔΑΤΟΥ
ΕΤΗΣΕΝΕΚΑ

[*Ὁ δῆμ*]*ος | [Βασιλέα*] *Ἀντίοχον, | [Βασιλέ*]*ως Μιθριδάτου | [υἱόν, ἀρ*]*ετῆς ἕνεκα.*

Regia Commagenes familia una est, in qua utrumque nomen (Antiochus et Mithridates) fuit. Ad eam igitur iure Waddingtonius rettulit titulum Ephesium (Lebas-Wadd. n. 136[d]): [*Ὁ δῆμος*] *Βασιλέα Ἀντίοχον Θεὸν Δίκαιον Ἐπιφανῆ Φιλορώμαιον καὶ Φιλέλληνα, τὸν ἐγ Βασιλέως Μιθραδάτου Καλλινίκου καὶ Βασιλίσσης Λαοδίκης Θεᾶς Φιλαδέλφου, τῆς ἐγ Βασιλέως Ἀντιόχου Ἐπιφανοῦς Φιλομήτορος Καλλινίκου, εὐσεβῶς διακείμενον πρὸς τὴν Θεὸν διὰ προγόνων, ἀρετῆς καὶ εὐνοίας ἕνεκεν τῆς εἰς ἑατὸν ἀνέθηκεν.* Qui rex Antiochus Mithridatis f. cum patri successisset sub finem imperii Augusti, decessit Tiberio imperante anno 17 p. Chr. (Tac. ann. II, 42).

555 In basi statuae marmoris Hymettii, quae erat in 'gymnasio Ptolemaei', nunc est in turri Andronici. Edd. Stuart Ant. Att. vol. III p. 1. Boeckh C. I. G. 360. (Franz El. epigr. p. 253 n. 101.) Pittakis Eph. 577. Denuo cum lapide contulit Koehler.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΒΑΣΙΛ///ΑΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝΒΑΣΙΛΕΩΣΙΟΥΒΑ
ΥΙ///ΝΒΑΣΙΛΕΩΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΕΚΓΟΝΟΝ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΤΗΣΕΙΣΕΑΥ
ΤΟΝ

Ὁ δῆμος | βασιλ[έ]α Πτολεμαῖον, βασιλέως Ἰούβα | υἱ[ο]ν, βασιλέως Πτολεμαίου ἔκγονον, | ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑαυ|τόν.

'Ptolemaeus quem nunc statua collocanda honorant Athenienses, Iubae f., Ptolemaei n., a. u. c. 777 (14 p. Chr.) iuvenis Tiberio imperante antiquis Patrum muneribus, scipione eburneo et toga ornatus est (Tac. ann. IV, 24. 26), a Gaio Caligula autem interemptus (Dio 59, 25. Sueton. Calig. 26 cf. Senec. de tranq. 11): unde tituli aetas cognoscitur' Boeckh.

---

556 Athenis, in aedibus olim Iani Mistrigo, in basi magna. Edd. Spon Itin. T. III P. II p. 35 et versibus rectius divisis Misc. erud. ant. X, 6 p. 319 (ex eo Fabrett. Inscr. ant. p. 440. Vandal. Diss. p. 621. Fleetwood p. 148. 2. Ryck. ad Tac. hist. II, 2. Marin. Act. fratr. Arvalium T. II p. 725. Eckhel D. N. T. III p. 482). Wheler Itin. p. 404. Minusculis litteris Meletius Geogr. vet. et nov. p. 351. Ex Sponii exemplari et ex Fourmonti apographo dedit Boeckh C. I. G. 361. (Franz El. epigr. Gr. p. 254 n. 102). Postea lapis fractus esse videtur, nam solam particulam *a* edidit Pittakis Eph. 2810, qui eam 'εἰς τὴν συνοικίαν τῆς ἁγίας Ἀγαθοκλείας' inventam dicit.

ΗΒΟΥΛΗΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΚΑΙ
ΗΒΟΥΛΗΤΩΝΧΚΑΙΟΔΗΜΟΣΙΟΥ
ΛΙΑΝΒΕΡΕΝΕΙΚΗΝΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ
a ΜΕΓΑΛΗΝΙΟΥΛΙΟΥΑΓΡΙΠΠΑΒΑΣΙ
ΛΕΩΣΘΥΓΑΤΕΡΑΚΑΙΜΕΓΑΛΩΝ
ΒΑΣΙΛΕΩΝΕΥΕΡΓΕΤΩΝΤΗΣΠΟ
ΛΕΩΣΕΚΓΟΝΟΝΔΙΑΤΗΣΠΡΟΝΟΙ
ΑΣΤΟΥΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥΤΗΣΠΟΛΕ
ΩΣΤΙΒ.ΚΛΑΥΔΙΟΥΘΕΟΓΕΝΟΥΣ
ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ

Var. lect. Pittakis supra primum fragmenti versum (qui est totius tituli v. 3) a dextra habet NO (errore pro ΤΩ aut pro ΝΧ). Ceterum id fragmentum eiusdem lapidis (non vero alius exemplaris eiusdem tituli) est; nam versuum et litterarum positura accurate respondet ei, quae apud Boeckhium est.

Ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου καὶ | ἡ βουλὴ τῶν Χ καὶ ὁ δῆμος Ἰουλ|λίαν Βερενείκην βασίλισσαν | μεγάλην Ἰουλίου Ἀγρίππα βασι|λέως θυγατέρα καὶ μεγάλων | βασιλέων εὐεργετῶν τῆς πό|λεως ἔκγονον, διὰ τῆς προ|νοί]ας τοῦ ἐπιμελητοῦ τῆς πόλε|ως Τιβ. Κλαυδίου Θεογένου | Παιανιέως.

De Berenice regina cf. Boeckh ad hunc titulum. Quae quum a Claudio usque ad Flaviorum imperatorum tempora floruerit, accuratius definiri aetas tituli non potest; nam Ti. Claudius Theogenes recensetur quidem etiam in aliis titulis, ex quibus unus anni 61 p. Chr. est (cf. adn. ad n. 68), sed inde non statim sequitur, hunc quoque titulum Neronis aetati vindicandum esse.

---

557 In colle Musarum monumentum marmoris candidissimi post alios optime descriptum a Stuarto (v. infra), in fronte quattuor parastatae Corinthiae, interque eas tres cellulae cum statuis; quarum mediae subscriptus est titulus *d*, sinistrae *c*, dexterae, quae nunc non superest, *e*. In parastatis duabus mediis reliqui sunt, in sinistra *a*, indextra, quae nunc periit, *b*. Omnes titulos ed. Marinus Act. F. A. T. I tab. LVI p. CLXXV ex schedis Iuliani de S. Gallo architecti. Deinde quum *b* et *e* periissent, ceteros *a c d* ediderunt Wheler. Itin. p. 380. Spon. Itin. T. II p. 205 sqq. Pocock. Inscr. ant. p. 51. Stuart Ant. Att. vol. III cap. 5 p. 35 sqq. (Clark. Itin. P. II S. II p. 544.) Pomard. Itin. T. I p. 148. Ad Sponii exemplar varietatem lectionis adnotavit Chandler Syllab. Inscr. p. XXX. Solum *a* edidit Gruter. T. I p. CCCCXXI. 2, solum *d* Riedesel Bemerkungen auf einer Reise durch die Levante p. 97. Totum titulum adhibitis Villoisonianis Iuliani schedis et (ad *c d*) apographo Fourmontiano ed. Boeckh C. I. G. 362. (Orelli Inscr. Lat. 800. Pittakis l'ancienne Athènes p. 447. 448). Kumanudis ἐπιγραφαὶ ἐπιτύμβιοι 381. Th. Mommsen C. I. Lat. III, 552.

a

C·IVLIVS·C·F·
FAB·ANTIO
CHVS·PHILO
PAPPVS·COS
FRATER·AR
VALIS·ALLE
CTVS·INTER
PRAETORI
OS·AB·IMP·
CAESARE
NERVA·TRAIA
NO·OPTV
MO·AVGVS
TO·GERMA
NICO·DA
CICO

p. Chr. 114—116

b

ΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΑΝΤΙΟΧ
ΟΣ ΦΙΛΟ
ΠΑΠΠΟΣ
ΒΑΣΙΛΕ
ΩΣΕΠΙ
ΦΑΝΟΥΣ
ΤΟΥΑΝ
ΤΙΟΧΟΥ

c

ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΤΙΟΧΟΣΒΑΣΙΛΕΩΣΑΝΤΙΟΧΟΥ

d

[ΦΙΛΟ]ΠΑΠΠΟΣΕΠΙΦΑΝΟΥΣΒΗΣΑΙΕΥΣ

e

ΒΑΣΙΛΕΥΣΣΕΛΕΥΚΟΣΑΝΤΙΟΧΟΥΝΙΚΑΤΩΡ

Var. lect. In *d* ΒΗΣΑΙΕΥΣ certa est lectio Marin. Spon. Whel. Fourm. Stuart. etc. sed Pocock. ΗΣΑΕΥ, Villois. ΒΑΣΙΛΕΥΣ, Ried. ΕΒΙΣΑΙΕΙ. *e* habes ex Marin. consentientibus schedis Villois. nisi quod hae ut Dodw. in quattuor versus divisum praebent. Dodw. male ΒΑΣΙΛΕΙΣ et ΣΕΛΕΥΧΟΣ' Boeckh. *d* quas uncis inclusi litteras, Kumanudis item uncis inclusas habet, ut nunc deletas. Titulum Latinum (*a*) expressi ex C. I. L., neque huius loci est eius discrepantes lectiones proponere.

a C. Iulius C. f(ilius) Antiochus Philopappus, co(n)s(ul), frater arvalis, allectus inter praetorios ab Imp(eratore) Caesare Nerva Traiano Optumo Augusto Germanico Dacico.

b Βασιλεὺς Ἀντίοχος Φιλόπαππος *βασιλέως* Ἐπιφάνους τοῦ Ἀντιόχου.

c Βασιλεὺς Ἀντίοχος *βασιλέως* Ἀντιόχου.

d Φιλόπαππος Ἐπιφάνους Βησαιεύς.

e Βασιλεὺς Σέλευκος Ἀντιόχου Νικάτωρ.

Ex tribus titulis, qui imaginibus hominum sedentium in cellulis subscripti sunt (*c d e*), medius (*d*) eum significat cui totum monumentum dicatum est (*ἀνδρὶ Σύρῳ* Paus. I, 25, 8). Eum quum Φιλόπαππος Ἐπιφάνους Βησαιεύς dicatur certum est civem Atticum fuisse et eundem quidem qui n. 78 Γάιος Ἰούλιος Ἀντίοχος Ἐπιφάνης Φιλόπαππος Βησαιεύς audit atque archontis eponymi munere fungitur; idem etiam in prytanum Erechtheidis catalogo est, quem Boeckhius potius aliquem ex eius posteris esse putat. Illi duo tituli qui eum archontem exhibent inter a. 90—100 p. Chr. scripti sunt (v. adn. ad n. 78), quod optime convenit cum huius tempore, qui anno 114 vel paulo post sepulcro eius impositus est. Ad eundem Philopappum eo minus dubitabimus cum Boeckhio referre Plutarchi locum quaestt. symp. I, 10, 1, quod titulus n. 78 non ad eandem quidem sed ad similem munificentiam Philopappi pertinere videtur atque illa fuit de qua Plutarchus dicit.

Iuxta Philopappum maiorum eius effigies positae erant, ex altera parte (*c*) ipsius avus Antiochus (IV) ultimus Commagenes rex; nam hunc designari admodum probabilis est Stuarti coniectura, quam Boeckhius quoque sequitur. Ex altera parte (*e*) Seleucus Nicator Seleucidarum regni conditor. Cuius ex effigie huic monumento imposita quod Boeckhius conclusit, aliquando feminam ex antiqua Seleucidarum gente nupsisse alicui ex Commagenes regibus, egregie confirmatur titulo apud Lebas-Waddington n. 136[d] (vide adn. meam ad n. 554), ex quo apparet Mithridatem eum, quem Augustus Commagenes regem instituit, Philopappi abavum, in matrimonium duxisse Laodicen ex gente Seleucidarum.

Restat ut de titulis *a* et *b* dicamus, quibus Boeckhius fratres duos Philopappi honorari putaverat, quorum alter summis in republica Romana honoribus functus sit. At ita haberemus tres fratres plane cognomines inter se, nam titulus n. 78 indicat, eum quoque Philopappum, qui civis Atticus fuit, civitate Romana et C. Iulii nominibus usum esse. Quare mihi quidem veri similius est, omnes tres titulos ad eundem hominem pertinere; cuius cum triplex esset condicio, et regis (i. e. regiae stirpis hominis; nam regnum iam nullum erat) et civis Romani et civis Attici, triplex etiam est appellatio, quarum nulla in monumento omissa est. Accedit quod honorum qui in titulo Latino indicantur tempora illi opinioni favent. Nam cum Philopappus Domitiani aut Nervae temporibus ad summos in Atheniensium republica honores evectus esset, postea a Traiano inter praetorios allectus eaque re ei aditus ad summos reipublicae Romanae honores patefactus est. Plane idem factum videmus in Herode Attico, qui ipse quoque paucis annis postquam archon Athenis fuerat inter praetorios allectus est.

---

558 Edidit Pittakis l'ancienne Athènes p. 262. Exscripsit O. Lueders.



I. e. [Ἡ] *βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρήου π[άγου]*
[κ]αὶ ὁ δῆμος τὸν δ[ῆμον τὸν]
[Δ]ελφῶν ἀρετῆς ἕ[νεκα καὶ]
[εὐν]οίας τῆς εἰς ἑ[αυτόν].

---

559 Fragmentum marmoris Eleusinii, in arce. Exscripsit Koehler.

Μ ///Σ
ΓΟΝΑΝΔΡΙΩΝ
ΕΝΕΚΑ

I. e. [Ὁ δῆ]μ[ο]ς | [τὸν δῆμον] τὸν Ἀνδρίων | [ἀρετῆς] ἕνεκα.

560 Fragmentum basis lapidis Pentelici, inventum in occidentali Parthenonis parte. Exstat in Propylaeis. Edd. Pittakis Eph. 1809. Rangabé Ant. Hell. 2359. Exscripsit Velsen.

ΤΟ[Κ]ΟΙΝΟΝΤΩΝ
ΤΟΝΔΗΜΟΝΤ

Var. lect. V. 1 Κ om. Velsen.
Τὸ *κοινὸν τῶν* [Ἀχαιῶν?] | *τὸν δῆμον τ*[*ὸν* Ἀθηναίων?].

CLASSIS TERTIA.

TITVLI HONORARII NOBILIVM HOMINVM ROMANORVM.

561 Athenis prope Olympieum. Edidit Dodwellus Itin. T. I p. 391 (Boeckh C. I. G. 363. Kumanudis Ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. 2344).

ΔΕΚΜΟΣ	Δέκμος
ΚΟΣΣΟΥΤΙΟΣ	Κοσσούτιος
ΠΟΠΛΙΟΥ	Ποπλίου
ΡΩΜΑΙΟΣ	Ῥωμαῖος

Sine dubio recte Boeckhius hunc Cossutium eundem esse iudicavit, qui Antiocho (IV) Epiphani Syriae regi operam praestitit in Olympieo aedificando (Vitruv. VII praef.); qui rex mortuus est a. Chr. 164. Cui tempori optime convenit vocabulum υἱός omissum (cf. Hermae VI p. 140). Ceterum hunc titulum non sepulcralem esse, ut Dodwellus vult, sed honorarium, Boeckhius vidit.

562 In basi marmoris Hymettii in duas partes fracta; in gradibus Propylaeorum exscripsit Koehler.

a	*b*
ΟΔΗΜΟΣΚ	
ΠΑΓΟΥΛΕΥΚ	∪ ι /// ι ι // ΙΝ ι ////
ΛΕΥΚΙΟΥΥΙC	ΛΕΥΚΟΛ //////

Ὁ δῆμος κ[αὶ ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου]
πάγου Λεύκ[ι]ο[ν Λικί]ν[ιον]
Λευκίου υἱὸ[ν] Λεύκολ[λον].

L. Licinium L. f. Lucullum Ponticum cos. 74 a. Chr. hoc titulo designari certum est. Post eius filium enim, qui adulescentulus post pugnam Philippensem periit, nemo ex Liciniorum Lucullorum stirpe superstes fuit. Ante id tempus autem quamquam complures L. Luculli fuerunt, nemo tamen ex eis eum in re publica locum tenuit, ut de eo cogitare liceat. Accuratius definiri tempus non potest, quam ut inter annos 88 et 56 a. Chr. titulum compositum dicamus.

563 In duobus fragmentis marmoris Pentelici, inventis in parietinis βουλευτηρίου veteris. — *a* ed. Pittakis Eph. 2527. — *b* id. ibid. 2502. Coniunxi.

	Ο Σ	
	ΚΙΟ ΛΙΚΙΝΙC	(*b*)
(*a*)	ΚΙΟΥΙ	
	ΛΕΥΚΟΝ	

[Ὁ δῆμ]ος
[Λεύ]κιο[ν] Λικίνιο[ν]
[Λευ]κίου [υἱὸν]
Λεύκολ[λον].

564 Lapis inaedificatus in muro turris in quo exstructa est ecclesia Παναγίας πυργιωτίσσης; quum inaedificaretur, a superiore parte et duobus lateribus imminutus est; quare coronae qua titulus circumdatus erat nunc inferior pars sola exstat. In eodem lapide, ex parte adeo inter ipsas huius tituli litteras, antiquioris inscriptionis vestigia conspicua sunt. Ed. Kumanudis Ἐπιγρ. Ἑλλ. ἐκδ. δαπάνῃ τῆς ἀρχ. ἑταιρ. Ἀθ. 1860 n. 51 B.

ΤΟΚΟΙΝΟΝΛΕΩΝΤΙ
ΔΩΝΛΕΥΚΙΟΝΙΟΥΛΙ
ΟΝΚΛΙΣΑΡΛΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Τὸ κοινὸν Λεωντι|δῶν Λεύκιον Ἰούλι|ον Καίσαρα εὐεργέτην.

Videtur is L. Iulius Caesar intellegendus esse, qui anno 690 u. c. (64 a. Chr.) consul fuit cum C. Marcio Figulo. Nam quominus de L. Caesare Augusti ex filia nepote cogitemus, nomen gentile Ἰούλιος additum impedire videtur, quo neque Augustus neque filii adoptivi utuntur.

565 In basi lapidis Pentelici, inventa 'εἰς τὴν Ποικίλην'. Ed. Pittakis Eph. 3790.

ΟΔΗΜ
ΙΝΤΟΝΚΑΙΚΙΛΙΟΝΓΑΙΟΥΥΟΝΜΕ
ΤΟΝΕΑΥΤΟΥΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Ὁ δῆμ[ος]
[Κό]ιντον Καικίλιον Γαΐου ὑὸν Μέ[τελλον αὐτοκράτορα]
τὸν ἑαυτοῦ εὐεργέτην [καὶ σωτῆρα].

Idem est in titulo Latino C. I. L. vol. I n. 595 Q · CAECILIO · C · F · METELO · IMPERATORI · ITALICI · QVEI · ARGEIS · NEGOTIANTVR. Utrumque titulum Mommsenus ad Q. Metellum Creticum cos. 69 a. Chr. refert, quem non solum imperatorem factum esse, sed etiam piratis Cretensibus victis de securitate mercatorum qui in earum regionum maribus navigabant optime meritum constare. Inter omnes Q. Metellos autem hunc unum esse (praeter Q. Metellum Celerem, quem imperatorem fuisse credibile non sit) de cuius patre nihil tradatur quique Gai alicuius filius esse possit. Quare eum C. Metelli Caprarii cos. 113 a. Chr. (641 u. c.) fuisse putat. Quae si omnia probabilia ac paene certa sunt, ut mihi quidem videntur, titulus noster circiter anno 63 a. Chr. (691 u. c.) dedicatus erit. V. 2 Μέ[τελλον αὐτοκράτορα] supplevit Mommsenus, v. 3 [καὶ σωτῆρα] ego, similes titulos secutus, veluti n. 568.

566 In lapide Hymettio a. 0,30, l. 1,30, cr. 0,61, in limine portae in ecclesia Παναγίας πυργιωτίσσης. Edd. Kumanudis Ἐπιγρ. Ἑλλ. ἐκδ. δαπ. τῆς ἀρχ. ἑταιρίας 1860 ἀρ. 37. Pittakis Eph. 3766. (W. Henzen Bullettino dell' Instituto 1860 p. 227. Th. Mommsen C. I. Lat. vol. I ad n. 619. Lenormant Recherches archéol. à Eleusis p. 50).

Ο ΔΗΜΟΣ ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ ΗΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ
ΑΠΠΙΟΝ ΚΛΩΔΙΟΝ ΑΠΠΙΟΥ ΥΟΝ ΠΟΛΧΕΡ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΤΟΝ ΕΑΥΤΩΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Ὁ δῆμος καὶ ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου
Ἄππιον Κλώδιον Ἄππίου υἱὸν Πόλχερ
αὐτοκράτορα τὸν ἑαυτῶν εὐεργέτην.

Imperatoris vocabulum, ut Henzenus et Mommsenus demonstraverunt, hunc consulem 54 a. Chr. (700 u. c.) esse indicat, qui eum honorem in proconsulatu Ciliciae adeptus est. Propylaeum ab eo Eleusine exstructum, cuius titulus est C. I. L. l. l.

---

567 In basi lapidis Eleusinii, cuius in superficie Pittakis exstare dicit vestigia pedum statuae; in arce occidentem versus a Parthenone. Ed. Pittakis Eph. 84. Denuo contulit Koehler. Est etiam in L. Rossii schedis.

Η ΒΟΥΛΗ ΗΕ . ΛΙ ΗΟΥΠΑΤΟΥ
ΚΙΟΝ ΜΑΡΚΙΟΝ ΚΗΣΩΡΕΙΝΟΝ
ΗΣ ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΕΙΣ ⁻
ΔΗΜΟΝ

Ἡ βουλὴ ἡ ἐ[ξ Ἀρ]ήου πά[γ]ου
[Λεύ]κιον Μάρκιον Κησωρεῖνον
[ἀρετ]ῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας τῆς εἰς τ[ὸν]
δῆμον.

Var. lect. V. 3 init. ΗΣ Ross, ⊣Σ Koehler. || fin. ΕΙΣ Ross, ⊏ΙΣ⁻ Koehler.

Ad consulem 39 a. Chr. (715 u. c.) titulus referendus videtur. Ante eum enim proximus quem ad summos in re publica honores pervenisse sciamus L. Marcius Censorinus est consul 149 a. Chr., quod tempus nimis antiquum est. Accedit quod ille post pugnam Philippensem Antonii iussu Macedoniae et Achaiae praefuit (Plut. Anton. 24). Caesaris in Gallia fuit a. 700 (Caesar b. G. VI, 1), item pater consulis a. 729 M. Silani, si quidem vere is patrem habuit Marcum' Mommsen l. l.

---

568 Basis marmoris Hymettii inaedificata in muro 'τῆς οἰκίας τοῦ Βαρβάνου πρὸς τὸ βόρειον τῆς Ποικίλης'. Non sine mendis edidit Pittakis Eph. 3765, quod exemplar Koehlerus accurate cum lapide contulit, addiditque versum ultimum a Pittakisio neglegentia omissum. Exposuit de titulo Th. Mommsen Eph. epigr. I p. 151.

ΤΟΚΟΙΝΟΝΒΟΙΩΤΩ////
ΕΥΒΟΕΩΝΛΟΚΡΩ///
ΦΩΚΕΩΝΔΩΡΙΕΩΝ
ΜΑΡΚΟΝΙΟΥΝΙΟΝ
ΜΑΡΚΟΥΥΙΟΝΔΕΚΜΟΥ
ΥΙΩΝΟΝ ΣΕΙΛΑΝΟΝ
ΑΝΤΙΤΑΜΙΑΝΣΩΤΗΡΑ
ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΓΕΝΟΜΕΝΟΝΘΕΟΙΣ

Τὸ κοινὸν Βοιωτῶ[ν] | Εὐβοέων Λοκρῶ[ν] | Φωκέων Δωριέων | Μᾶρκον Ἰούνιον, | Μάρκου υἱόν, Δέκμου | υἱωνόν, Σειλανόν, | ἀντιταμίαν, σωτῆρα | καὶ εὐεργέτην | γενόμενον, Θεοῖς.

Silanus hic vixerit necesse est temporibus aut extremis liberae reipublicae aut certe Augusti; nam post hunc proquaestores nulli inveniuntur. Iam postquam ex titulo Mylaseno edito apud Lebasium vol. 3 n. 409 et optime explicato a Waddingtonio didicimus praetorem, qui Asiam rexit a. u. c. 678, dictum esse M. Iunium D. f. Silanum, probabile est ex eo natum esse hunc de quo agimus M. Iunium M. f. D. n. Silanum. Secundum aetatem potest esse M. Silanus is qui legatus

---

569 Eleusine in aedicula S. Nicolai. Ed. Spon Itin. T. III P. II p. 124. Ex eo exemplari et Fourmonti schedis Boeckh C. I. G. 365. Ex Fauvelii schedis Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis add. et corr. p. 414.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΤΙΤΟΝ ΠΙΝΑΡΙΟΝ
ΤΙΤΟΥ ΥΙΟΝ ΑΡΕΤΗΣ
ΕΝΕΚΑ

Var. lect. Ex Fauvelii apographo apud Lenormantum assumpsi ⊏ pro ΑΣ. V. 1 etiam is Σ (non ⊏) habet.

Ὁ δῆμος | Τίτον Πινάριον | Τίτου υἱὸν ἀρετῆς | ἕνεκα.

T. Pinarius quidam saepius commemoratur in Ciceronis epistulis (fam. XII, 24, 3. Q. fr. III, 1, 6, 22. Att. VI, 1, 23. VIII, 15, 1), quem Manutius fratrem L. Pinarii fuisse conicit, quem Caesar cum Q. Pedio et C. Octavio heredem reliquit (Suet. Caes. 83). Fortasse ille hic intellegendus est.

---

570 Athenis in limine domus. Edd. Chandler Inscr. II, 39 p. 57. Boeckh C. I. G. 367.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΜΑΡΚΟΝ ΑΡΤΩΡΙΟΝ ΕΥΕΡΓΕ
ΣΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΑ

Ὁ δῆμος | Μᾶρκον Ἀρτώριον εὐεργε|σίας καὶ εὐνοίας ἕνεκα.

De M. Artorio Asclepiade Smyrnaeo, Octaviani medico, cf. titulum Deliacum C. I. G. 2283, et Smyrnaeum 3285 et quae Boeckhius ad hunc adnotavit. Post pugnam Actiacam naufragio periisse dicitur.

---

571 Columna magna rotunda marmoris Hymettii, in ecclesia Παναγίας πυργιωτίσσης ad parietem occidentalem. Quum lapis ita positus esset, ut sinistra pars sola legi posset, hanc descripsit Kumanudis et edidit Ἐπιγρ. Ἑλλ. ἐκδ. δαπ. τῆς ἀρχ. ἑταιρίας 1860 ἀρ. 41. Deinde totum titulum edidit Pittakis Eph. 4079, exscripsit Koehler.

Ο Δ Η | Μ Ο Σ
Γ Α Ι Ο Ν Κ Ο | Κ Υ Η Ι Ο Ν
Β Α Λ Β Ο Ν Α Υ | Τ Ο Κ Ρ Α Τ Ο Ρ Α
Α Ρ Ε Τ Η Σ | Ε Ν Ε Κ Α Κ Α Ι
Ε Υ Ν | Ο Ι Α Σ

Var. lect. V. 2 alterum Κ (ᴷ) dubium esse refert Koehler. Pittakis eo loco Ι habet.

Ὁ δῆμος | Γάϊον Κοκκήϊον | Βάλβον αὐτοκράτορα | ἀρετῆς ἕνεκα καὶ | εὐνοίας. Cocceiorum Balborum familia praeterea plane ignota est. Videtur hic homo imperatoris nomen eo tempore adeptus esse, quo id praeter eos penes quos summa imperii erat etiam legatis tribui solebat; quod tempus a C. Caesaris exitu usque ad Augusti initia pertinebat, ita ut inprimis M. Antonii legatos complures ad hunc honorem (atque adeo ad triumphum) pervenisse constet (P. Ventidii et C. Sosii exempla affert Th. Mommsen Staatsrecht I p. 106 n. 2). Quo in numero etiam hunc Cocceium Balbum fuisse putaverim.

---

572 In basi lapidis Hymettii, fracta in duas partes, inventa septentrionem versus a Parthenone. Partem *b* solam edidit Pittakis Eph. 374, totum titulum id. ibid. 750.

```
Ο Δ Η Μ Ο Σ
Μ Α Ρ Κ Ο Ν Λ Ι Κ Ι Ν Ι Ο Ν Μ Α Ρ Κ Ο Υ
(a) Υ Ο Ν Κ Ρ Α Σ Σ Ο Ν Α Ν Θ Υ Π Α Τ Ο Ν (b)
Κ Α Ι Α Υ Τ Ο Κ Ρ Α Τ Ο Ρ Α Α Ρ Ε Τ Η Σ
Ε Ν Ε Κ Ε Ν Κ Ι Ε Υ Ν Ο Ι Α Σ
```

Ὁ δῆμος
Μᾶρκον Λικίνιον Μάρκου
υἱὸν Κράσσον, ἀνθύπατον
καὶ αὐτοκράτορα, ἀρετῆς
ἕνεκεν κ[α]ὶ εὐνοίας.

Non posse ad alium referri hunc titulum quam ad consulem anni 30 a. Chr. (724 u. c.), qui post consulatum pro consule Macedoniae et Achaiae fuit et a. 27 a. Chr. de Thraecia et Getis triumphavit, docui in Eph. epigr. vol. I p. 106, ita ut Dio Cassius 51, 25, 2 erraverit, cum diceret οὐ μέντοι καὶ τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα, ὥς γέ τινές φασιν, ἔλαβεν, ἀλλ' ὁ Καῖσαρ μόνος αὐτὸ προσέθετο.

---

573 In basi lapidis Pentelici, in ecclesia Παναγίας πυργιωτίσσης. Ed. Kumanudis Ἐπιγρ. Ἑλλ. ἐκδ. δαπ. τῆς ἀρχ. ἑταιρίας 1860 ἀρ. 38.

```
Ο Δ Η Μ Ο Σ
Π Α Υ Λ Λ Ο Ν Α Ι Μ Ι Λ Ι Ο Ν
Λ Ε Υ Κ Ι Ο Υ Υ Ο Ν
Λ Ε Π Ε Δ Ο Ν Α Ν Θ Υ Π Α Τ Ο Ν
Α Υ Γ Ο Ρ Α
```

Ὁ δῆμος | Παῦλλον Αἰμίλιον | Λευκίου υἱὸν | Λέπεδον, ἀνθύπατον, | αὔγορα. Paullum Aemilium L. f. Lepidum consulem suffectum fuisse a. 34 a. Chr. (720 u. c.), censorem a. 22 (732) cum L. Munatio Planco notissimum est. Sed neque quando et in qua provincia proconsul fuerit, neque quando mortuus sit, satis constat.

---

574 Basis marmoris Pentelici, in arce infra Propylaea. Supra hunc titulum in eodem lapide alius est multo antiquior (I, 404). Edd. Rangabé Ant. Hell. 49. (Cavedoni Bullettino dell' Instituto 1849 p. 112.) Pittakis Eph. 78. Beulé l'Acropole I p. 336. Ross Arch. Aufs. I p. 170. (O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 51 n. 60.) G. Hirschfeld (Tituli statuariorum 19*) Archaeol. Zeitung XXX (1872) tab. 60 n. 6.

```
Η Β Ο Υ Λ Η
Λ Ε Π Ε Δ Ο Ν Α Ι Μ
```

I. e. Ἡ βουλὴ | Λέπεδον Αἰμ[ίλιον]. Ad quem potissimum ex magno Aemiliorum Lepidorum numero titulus referendus sit, definiri nequit. Id tamen recte dixisse videtur Cavedonius, propter cognomen praemissum de aliquo posterioris temporis Lepido potius cogitandum esse, quam de triumviro. Quamquam iam in propyli Eleusinii titulo Latino (C. I. Lat. I, 619) scriptum est *Rex Marcius*.

575 In basi magna ante Propylaea. Edd. Chandler Inscr. P. II n. 14 p. 52. (Boeckh C. I. G. 309. Pittakis l'ancienne Athènes p. 233. Beulé l'Acropole I p. 224. Franz Elementa epigr. Gr. p. 249 n. 97. O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 53 n. 75).

```
Μ Ο Σ
Μ Α Γ Ρ Ι Π Π Α
Λ Ε Υ Ι Ο Ν
Τ Ρ Ι Σ Υ Ο Ν Τ Ο Ν Γ Α Ι Ο Υ
5 Ε Λ Ι Γ Ε Τ Η
```

[Ὁ δῆ]μος
Μ[ᾶρκου] Ἀγρίππα[ν]
Λε[υκίου] υἱὸν
τρὶς ὕ[πατ]ον τὸν [ἑ]α[τ]οῦ
ε[ὐερ]γέτη[ν].

V. 3 [ἑ]α[υτ]οῦ Boeckh; sed ΓΑΙΟΥ litteris Ε et Τ partim evanescentibus ex ΕΑΤΟΥ ortum esse videtur. De qua scriptura vide ad n. 645.

Per se patet, titulum inter Agrippae tertium consulatum, 27 a. Chr. (727 u. c.), eiusque mortem, 12 a. Chr. (742 u. c.), dedicatum esse.

---

576 In basi marmoris Hymettii, occidentem versus a Propylaeis. Edd. W. Vischer Archaeol.-Epigraph. Beitraege, Basel 1855 n. 76. C. Bursian Bullettino dell' Instituto arch. 1855 p. XXX. (O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 53 n. 75). Exscripsit Koehler. Est etiam in L. Rossii schedis.

```
Ο Δ Η Μ Ο Σ
Μ Α Ρ Κ Ο Ν Α Γ Ρ Ι Π Π Α Ν
Λ Ε Υ Κ Ι Ο Υ Υ Ι Ο Ν
Τ Ο Ν Ε Α Τ Ο Υ Ε Υ Ε Ρ Γ Ε Τ Η Ν
```

Ὁ δῆμος
Μᾶρκον Ἀγρίππαν
Λευκίου υἱὸν
τὸν ἑατοῦ εὐεργέτην.

---

577 Basis marmoris Pentelici, a. 1865 in area templi Minervae Erganes reperta. Edidit Koehler Archaeol. Anzeiger Nr. 205. Januar 1866 p. 167 (inde Hirschfeld Tituli statuariorum 116*b*). Iterum edidit G. Hirschfeld Archaeol. Zeitung XXX (1827) p. 28 tab. 61 n. 31. Apographa habui Koehleri et Heydemanni inter se plane consentientia, quae fideliter expressi. In superficie inter vestigia pedum statuae cernitur antiquior titulus (Διονύσιος Σίμου Κυδωνιάτης πρόξενος ἀνέθηκεν Λάμπωνα).

```
Ο Δ Η Μ Ο Σ
Γ Α Ι Ο Ν Α Ι Λ Ι Ο Ν Γ Α Λ Λ Ο Ν
Α Ρ Ε Τ Η Σ Ε Ν Ε Κ Α
```

```
Π Ρ Α Ξ Ι Τ Ε Λ Η Σ Ε Π Ο Ι Η Σ Ε Ν
```

Ὁ δῆμος | Γάϊον Αἴλιον Γάλλον | ἀρετῆς ἕνεκα. | — Πραξιτέλης ἐποίησεν. C. Aelius Gallus secundum Th. Mommseni calculos annis 26—24 a. Chr. (728—730 u. c.) praefectus Aegypti fuit; in duos posteriores huius triennii annos incidit eius expeditio infelicissima in Arabiam suscepta (Th. Mommsen Res gestae Divi Augusti p. 74 sq.). Quodsi G. Hirschfeld C. Aelium Gallum huius tituli eundem esse negat cum illo praefecto Aegypti, quia nulla causa sit, cur Praxitelem artificem hunc diversum esse putemus ab eo qui Cn. Acerronii Proculi imaginem fecit (n. 611), hoc argumentum eodem atque adeo fortasse meliore iure in contrarium converti potest ita ut dicamus, quia nulla sit causa cur hunc Aelium Gallum diversum putemus a praefecto Aegypti, non posse utrumque artificem eundem esse. Quam saepe nomina artificum principum veteris aetatis a recentioribus gesta sint, notissimum est.

578 Lapis inaedificatus in turri septentrionem versus a Propylaeis. Edd. W. Vischer Archaeologisches und Epigraphisches aus Korkyra, Athen und Megara p. 16 n. 30 (id. Epigr. und archaeol. Beitraege aus Griechenland, Basel 1855 p. 55 n. 64). Beulé l'Acropole d'Athènes II p. 346 n. 23. Ex Vischeri apographo W. Henzen Bullettino dell' Instituto 1855 p. XXIV. Bursian in Comment. soc. litt. regiae Saxonicae XII (1860) p. 219. (Orelli-Henzen Inscr. Lat. 6456[a]. O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 53 n. 73. Th. Mommsen C. I. L. III, 551. Idem in Addendis p. 985 ex Koehleri collatione emendavit). Est etiam in schedis Velseni.

L · AQVILLIO · C · F · POM · FLÓRO
TVRCIANO · GALLO
X · VIR · SIL · IVD · TRIBVNO · MIL · LEG · VIIII
MACEDONIC · QVAESTÓR · IMP · CÁESAR · AVG
PRÓQVAEST · PROVINC · CYPRI · TR · PL · PR · PROCOS · ACHAIAE

Η Β Ο Υ Λ Η Η Ε Ξ Α Ρ Ε Ι Ο Υ Γ Α
Γ Ο Υ Κ Α Ι Η Β Ο Υ Λ Η Τ Ω Ν Χ Κ Α
Ο Δ Η Μ Ο Σ Λ · Α Κ Υ Λ Λ Ι Ο Ν Φ Λ Ω
Ρ Ο Ν Τ Ο Υ Ρ Κ Ι Α Ν Ο Ν Γ Α Λ Λ Ο Ν Α Ν
Θ Υ Π Α Τ Ο Ν Ε Υ Ν Ο Ι Α Σ Ε Ν Ε Κ Ε Ν
Τ Η Σ Π Ρ Ο Σ Τ Η Ν Π Ο Λ Ι Ν

Ε Π Ι Ι Ε Ρ Ι Α Σ Ι Π Π Ο Σ Σ Θ Ε Ν Ι Δ Ο Σ Τ Η Σ Ν Ι Κ Ο Κ Λ Ε
////////// Ι Ι Ρ Α Ι Ε Ω Σ Θ Υ Γ Α Τ Ρ Ο Σ

Var. lect. Ultimi versus initio [ΟΥΣΠ]ΙΙΡΑΙΕΩΣ in Velseni schedis est, ΟΥΣΠΙΡΑΙΕΩΣ Vischer, ΠΕΙΡΑΙΕΩΣ Beulé. Antecedentis versus lectio Vischeri et Velseni consensu plane certa est, quum Beulé neglegentius ΙΕΡΕΙΑΣ et ΙΠΠΟΣΘΕΝΙΔΟΣ exhibeat. In eodem versu extr. Ε solus Koehler legit.

L. Aquillio C. f. Pom(ptina) Floro Turciano Gallo X vir(o) s[t]l(itibus) iud(icandis) tribuno mil(itum) leg(ionis) VIIII Macedonic(ae) quaestor(i) imp(eratoris) Caesar(is) Aug(usti) proquaest(ori) provinc(iae) Cypri tr(ibuno) pl(ebis) pr(aetori) proco(n)s(uli) Achaiae. Ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πά|γου καὶ ἡ βουλὴ τῶν Χ κα[ὶ] | ὁ δῆμος Λ. Ἀκύλλιον Φλῶ|ρον Τουρ|κιανὸν Γάλλον ἀν|θύπατον εὐνοίας ἕνεκεν | τῆς πρὸς τὴν πόλιν | ἐπὶ ἱερίας Ἱπποσθενίδος τῆς Νικοκλέ|[ους Π]ειραιέως θυγατρός.

Augusti aetate recentiorem non esse titulum indicat *proquaestoris* munus (cf. ad n. 568).

---

579 In arce orientem versus a templo Victoriae. Edd. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 53. Chandler Inscr. II, 16 p. 52. (Boeckh C. I. G. 366. O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 54 n. 77). Pittakis l'ancienne Athènes p. 228 et 303. Exscripsit Koehler.

Ο Δ Η Μ Ο Σ
Π Ο Π Λ Ι Ο Ν Ο Υ Η Δ Ι Ο Ν
Π [Ο Π] Λ Ι Ο Υ Υ Ο Ν Π Ω Λ Λ Ι Ω Ν Α

Quas uncis inclusi litteras Koehlerus non invenit in lapide.

Ὁ δῆμος
Πόπλιον Οὐήδιον
Ποπλίου υἱὸν Πωλλίωνα.

De P. Vedio Pollione equite Romano, Augusti amico, cf. Nipperdey ad Tac. ann. I, 10. Mortuus est anno 15 a. Chr. (739 u. c.) Dio LIV, 23.

---

580 Athenis ad radices arcis. Edd. Chandler Inscr. II, 36 p. 57. Boeckh C. I. G. 364. Pittakis l'ancienne Athènes p. 228. (G. Hirschfeld Tituli statuariorum 118).

Ο Δ Η Μ Ο Σ
Π Ο Π Λ Ι Ο Ν Κ Ο Ρ Ν Η Λ Ι Ο Ν Π Ο Π Λ Ι Ο Υ Υ Ι Ο
Σ Κ Ι Π Ι Ω Ν Α Τ Α Μ Ι Α Ν Κ Α Ι Α Ν Τ Ι Σ Τ Ρ Α Τ Η
Γ Ο Ν Α Ρ Ε Τ Η Σ Ε Ν Ε Κ Α

Κ Η Φ Ι Σ Ο Δ /// Ρ Ο Σ Ε Π Ο Ι Η Σ Ε Ν

Ὁ δῆμος | Πόπλιον Κορνήλιον Ποπλίου υἱὸ[ν] | Σκιπίωνα ταμίαν καὶ ἀντι|στράτη|γον ἀρετῆς ἕνεκα. | Κηφισόδ[ω]ρος ἐποίησεν.

Cum Boeckhio titulum ad P. Cornelium Scipionem cos. a. 16 a. Chr. (738 u. c.) referendum puto; is igitur circiter a. 25 a. Chr. quaestor Achaiae provinciae fuisse videtur; nam titulum ταμίας καὶ ἀντιστράτηγος (*quaestor pro praetore*) imperatorum tempore nihil significare nisi quaestorem proconsulis in provincia senatoria notum est. Ceterum de Scipione cf. Waddington Fastes des provinces Asiatiques p. 92 n. 56.

---

581 Basis marmoris Pentelici, in arce occidentem versus a Parthenone. Edd. Pittakis Eph. 728. Ross Archaeol. Zeitung II p. 244. (O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 45 n. 21.) Beulé l'Acropole I p. 322. G. Hirschfeld (Tituli statuariorum 47). Archaeol. Zeitung XXX (1872) tab. 60 n. 14. Habui praeterea collationem Koehleri, apographa L. Rossii et H. Heydemanni.

Ο Δ Η Μ Ο Σ
(*a*) Λ Ε Υ Κ Ι Ο Ν Δ Ο Μ Ε Τ Ι Ο Ν Α Η Ν Ο Β Α Ρ Β Ο Ν
Α Ρ Ε Τ Η Σ Ε Ν Ε Κ Α

Infra aliquanto maioribus litteris:

(*b*) Μ Ι Κ Ι Ω Ν Π Υ Θ Ο Γ Ε Ν Ο Υ Σ Ε Π Ο Ι Η Σ Ε Ν

In superficie basis, prope ipsum marginem intuenti dextrum:

(*c*) ϕ Λ Ν Ο Μ Λ Χ Ο C ϕ Α Ν Ι Ο Υ
Ε Λ Ε Υ C Ι Ν Ι Ο C

Var. lect. Quae in superficie lapidis sunt (*c*) Ross et Heydemann et Pittakis (in tabula lithographica) habent, ceteri omittunt. In eis litterarum formas ex Heydemanni apographo recepi, a quibus etiam Rossius non multum recedit. Pro ϕΑΝΙΟΥ apud Rossium in schedis nihil nisi ϕΛ . . ΟΥ est.

Ὁ δῆμος | Λεύκιον Δομέτιον Ἀηνόβαρβον | ἀρετῆς ἕνεκα. Aut L. Domitius Cn. f. Ahenobarbus cos. a. 16 a. Chr. (738 u. c.) Neronis Cae-

saris avus intelligendus est, aut, quod mihi quidem minus veri simile videtur, illius avus cos. 54 a. Chr. (700 u. c.), qui in pugna Pharsalica periit. Verba Μικίων Πυθογένους ἐποίησεν ex antiquiore titulo, alterius fere a. Chr. saeculi, superesse videri Hirschfeldius dicit verissime, nam et formae litterarum et magnitudo eo ducunt; persaepe enim minoribus, nunquam maioribus litteris, quam titulus primarius, artificis nomen subscribitur. Quodsi recte huc referatur Dionis Chrysostomi (Or. XXXV p. 532 Emp.) testimonium de Alcibiadis statua Aënobarbi nomine inscripta, illam Alcibiadis imaginem compluribus saeculis post ipsius mortem erectam esse recte iudicat idem Hirschfeldius; veri similius igitur est, omnino diversum esse hunc lapidem ab illius statuae basi, quam Dio respicit. Quodsi ita est, ne id quidem diiudicari potest, utrum inscriptio modo mutata an nova statua imposita sit; utrumque enim satis frequenter fiebat. Si novam statuam impositam sumpserimus, fortasse ad eum artificem, qui hanc confecit, Phanomachi nomen referre licebit; cui coniecturae sane obstat quod non additur ἐποίει sive ἐποίησεν.

---

582 In basi rotunda, inventa in arce, quae habet duos titulos antiquiores (prytanum recensum et nomen Πύθων Πύθωνος), quorum alter et hic, quem edimus, inversa litterarum positura inscripti sunt, ita ut quum lapis in alium usum vocaretur, eum versum esse appareat. Edd. Pittakis Eph. 80. Beulé l'Acropole I p. 337 (cf. Ross Archaeol. Aufs. II p. 273).

ΕΥΚΙΟΙΙ///ΑΝΟΛΗΙΟΝ
ΚΡΙΣΙΟΙΙ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑ

[Ὁ δῆμος]
[Λ]εύκιο[ν Κ]ανολήιον
Κρίσ[π]ο[ν]
ἀρετῆς ἕνεκα.

Aut idem aut certe eiusdem familiae homo est quattuorvir anno 12 a. Chr. (742 u. c.) in fragmento fastorum Lucerinorum edito a Borghesio Annal. Inst. arch. XX (1848) p. 219 sqq. (Mommsen I. R. N. 932. C. I. L. vol. I p. 473), ubi supersunt litterae NNIVS · L · F CANVL · CRISP. Nam ibi Canul[eius] supplendum esse, qua de re Borghesius (p. 259) dubitavit, titulo nostro probatur.

---

583 In basi marmoris Pentelici, in ecclesia Παναγίας πυργιωτίσσης. Ed. Pittakis Eph. 2255, sed neglegentius. Accurate transscripsit Kumanudis Ἐπιγρ. Ἑλλ. ἐκδ. δαπ. τῆς ἀρχ. ἑταιρίας 1860 ἀρ. 39. Repetivit Pittakis Eph. 3767.

ΟΔΗΜΟΣ
ΓΑΙΟΝΑΣΙΝΙΟΝ
ΓΑΙΟΥΥΟΝ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ
ΑΠΟΔΕΔΕΙΓΜΕΝΟΝ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑ
ΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ
ΤΗΣΕΙΣΕΑΥΤΟΝ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

I. e. Ὁ δῆμος | Γάιον Ἀσίνιον | Γαΐου υἱόν, | στρατηγὸν | ἀποδεδειγμένον, | ἀρετῆς ἕνεκα | καὶ εὐνοίας | τῆς εἰς ἑαυτὸν | ἀνέθηκεν.

Non potest cum Kumanude titulus ad Asinium Pollionem referri, quippe qui Gnaei filius fuerit. Veri simillimum est, eius filium C. Asinium Gallum intellegendum esse; tum titulum, quippe qui praetori designato positus sit, aliquot annis ante consulatum, quem ille anno 8 a. Chr. (746 u. c.) administravit, circiter anno 11 aut 12 a. Chr. compositum esse iudicandum est. Sed potest etiam de huius Galli filio C. Asinio Pollione iuniore, cos. a. 23 p. Chr. (776 u. c.) cogitari.

584 In basi marmoris Eleusinii occidentem versus a Parthenone. Ed. Pittakis Eph. 362. Denuo descripsit Koehler.

ΗΒΟΥΛΗ
ΜΑΡΚΟΝΛΟΛΛΙC
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚ
Infra v. 3 vacuum spatium est.

Ἡ βουλὴ
Μᾶρκον Λόλλιο[ν]
ἀρετῆς ἕνεκ[α].

Nulla est causa, cur hunc M. Lollium diversum putemus ab eo qui a. 21 a. Chr. (733 u. c.) consulatu functus a. 16 a. Chr. (738 u. c.) in Germania bellum gessit (Nipperdey ad Tac. ann. I, 10), postea Gaio Caesari quum is ab Augusto Orienti praeficeretur moderator additus est (Suet. Tib. 12. Vell. II, 102. Tac. ann. III, 48).

---

585 In basi magna marmoris albi, quae olim muro ecclesiae infixa erat, nunc est ante Theseum. Edd. Pocock. Inscr. ant. P. I c. 5 s. 4 p. 52. Dodwell. Itin. T. I p. 380. (Boeckh C. I. G. 368). Denuo descripsit Koehler. O. Muelleri apographum est in schedis Boeckhianis.

ΓΝΑΙΟΝΚΟΡΝΗΛΙΟΝ
ΕΝΤΛΟΝ
ΙΑΣΕΝΕΚΑ

Mirum est, v. 1 initio non Γ scriptum fuisse; sed Koehlerus expressis verbis testatur, lineam transversam ab *inferiore* versus parte servatam esse. (Idem exhibet Mueller.) Quare non dubito quin hic forma praenominis brevior et ad pronuntiandi rationem accommodata Ναῖος scripta fuerit, quam duobus locis in monumento Ancyrano et Apolloniensi inventam Th. Mommsen Res gestae divi Aug. p. LXXI defendit. Eadem (Ναίου ἀπελεύθερος) est in titulo Attico sepulcrali (v. ind. praenom. Rom.). Quid ante nomen scriptum fuerit, non patet, sed potest ita suppleri:

[Ὁ δῆμος] Ναῖον Κορνήλιον
[Λ]έντλον
[εὐεργεσ]ίας ἕνεκα.

Cn. Cornelii Lentuli multi sunt, veluti, ut antiquiores omittam, Clodianus (cos. 72 a. Chr.), Marcellinus (cos. 56 a. Chr.), Gaetulicus (cos. 26 p. Chr.). Sed nescio an veri simillimum sit, hunc titulum aut ad Cn. Cornelium L. f. cos. 18 a. Chr. (736 u. c.) aut ad Cn. Cornelium Cn. f. Lentulum Augurem cos. 14 a. Chr. (740 u. c.) referendum esse. Certe illius aetatis permulti tituli honorarii nobilium hominum Romanorum Athenis inventi sunt.

---

586 In fragmento basis marmoris Hymettii, in vicinia turris ventorum. Edidit Dodwell Itin. T. I p. 377. (Boeckh C. I. G. 413). Denuo descripsit Koehler.

ΟΔ
ΛΕΥΚΙΟΝ
ΛΕΥΚΙC
ΛΕΝ

Ὁ δ[ῆμος]
Λεύκιον [Κορνήλιον]
Λευκί[ου υἱὸν]
Λέν[τλον].

Propter patris praenomen additum huius tituli aetas accuratius definiri potest, quam eius qui antecedit. Nam quum annorum 237. 199 a. Chr. consules hic omnino in censum non veniant, consul a. 3 a. Chr. (751 u. c.) intelligendus est.

587 Columna lapidis Hymettii, occidentem versus a Parthenone. Ed. Pittakis Eph. 146. Contulit Koehler.

Η ΒΟΥΛΗ
Η ΕΞ ΑΡΗΟΥ ΠΑΓΟΥ
ΠΑΥΛΛΟΝ ΦΑΒΙΟΝ
ΜΑΞΙΜΟΝ
ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ

Ἡ βουλὴ
ἡ ἐξ Ἀρήου πάγου
Παῦλλον Φάβιον
Μάξιμον
ἀρετῆς ἕνεκεν.

Hic est Paullus Fabius Q. f. Q. n. Maximus cos. a. 11 a. Chr. (743 u. c.).

---

588 In Erechtheo, in aversa parte eius lapidis, qui in fronte habet titulum n. 553. Ex schedis Fauvelii edidit Boeckh C. I. G. 370[b]. (O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 43 n. 6. G. Hirschfeld Tituli statuariorum 120[b]).

Ο ΔΗΜΟΣ
ΠΑΥΛΛΟΝΦΑΒΙΟΝΜΑΞΙΜΟΝΑΡΕ
ΤΗΣΕΝΕΚΕΝΤΗΣΕΙΣΕΑΥΤΟ Ν

In altera parte lapidis (infra titulum n. 553):

ΕΥΜΝΗΣΤΟΣΩΣΙΚΡΑΤΙΔΟΥΠΑΙΑΝΙΕΥΣ

Var. lect. De subscriptis utrique titulo artificum nominibus res admodum incerta est, de qua accurate exposui ad n. 553.

Ὁ δῆμος | Παῦλλον Φάβιον Μάξιμον ἀρε|τῆς ἕνεκεν τῆς εἰς ἑαυτόν. — Εὔμνηστο[ς] Σωσικρατίδου Παιανιεὺς [ἐποίησεν].

---

589 Basis marmoris Pentelici inventa anno 1846 in orientali arcis parte, ubi nunc etiam est. In superficie sunt vestigia statuae, in altera parte reliquiae vetustioris tituli (Eph. 2254) conspicuae sunt. Ed. Pittakis Eph. 2253. Exscripsit Koehler.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΓΑΙΟΝΑΝΘΕΣΤΙΟΝ
ΓΑΙΟΥΥΟΝΟΥΕΤΕΡΑ

Ὁ δῆμος | Γάϊον Ἀνθέστιον | Γαΐου υἱὸν Οὐέτερα. Haec nomina (C. Antistius C. f. Vetus) communia sunt consulibus annorum 6 a. Chr. (748 u. c.) et 23 p. Chr. (776 u. c.); ex quibus hic sine dubio illius filius fuit. Consulum a. 50 et 96 nominibus nusquam quod sciam patrum praenomina addita inveniuntur, quamquam veri haud dissimile est, hunc illius et illum rursus cos. a. 23 filium fuisse. Ne de C. Antistio Vetere cos. suff. a. 30 a. Chr. (724 u. c.) quidem constat, utrum Gai filius fuerit necne. In tanta hominum ad quos titulus referri possit multitudine veri simillimum videtur, consulem a. 6 a. Chr. designari, ea potissimum de causa, quod nullius temporis tantus eiusmodi titulorum numerus Athenis repertus est, quantus eorum qui Augusto imperatore positi sunt.

---

590 Basis marmoris Hymettii, a. 0,25, cr. et l. 0,75, inventa anno 1859 in domo Pittakisii. Ed. Pittakis Eph. 3540. Periisse videtur.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΛΕΥ ⟨ ΙΟΝΑΙΜΙΛΙΟΝ ΙΙ / ΙΝ
ΠΑΥΛΛΟΥΥΙΟΝ

Supplendum videtur: Ὁ δῆμος | Λεύκιον Αἰμίλιον [Παῦλλον] | Παύλλου υἱόν. Nam extremi v. 2 reliquiae, cum II ex Π, / ex Λ superesse, I vero pro inferiore litterae Υ parte, et N pro ΛΛ, quorum ultima linea perierit, lecta esse videantur, cognominis Παῦλλον esse veri simillimum est. Cum autem consul suff. anni 34 a. Chr. Paullus Aemilius Lepidus, eius filius cons. ord. a. 1 p. Chr. Lucius Aemilius Paullus vocatus sit, ita ut *Paullus* in illo *praenomen*, in hoc *cognomen* fuerit, recte omnino atque accurate hic dicitur L. Aemilius Paulli f. Paullus. Nulla igitur est causa de genuina tituli origine dubitandi, praesertim cum Pittakis eiusmodi res fingere vix potuerit.

---

591 Basis rotunda marmoris Hymettii, inventa in ecclesia Παναγίας πυργιωτίσσης. Cum lapis ita positus esset, ut non omnia legi possent, Kumanudis solam dextram partem (*b*) edidit in Ἐπιγρ. Ἑλλ. ἐκδ. δαπ. τῆς ἀρχ. ἑταιρίας 1860 ἀρ. 40. Deinde, cum lapis loco motus esset, totum titulum expressit Pittakis Eph. 4080.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΠΟΠΛΙΟΝΚΟΡΝΗΛΙ
a ΟΝΠ ΟΠΛΙΟΥΥΟΝΔΟ *b*
ΛΑΒΕ ΛΛΑΝΣΤΡΑΤΗ
ΓΟΝΑΡΕ ΤΗΣΕΝΕΚΕΝ

Ὁ δῆμος | Πόπλιον Κορνήλι|ον, Ποπλίου υἱόν, Δο|λαβέλλαν στρατη|γόν, ἀρετῆς ἕνεκεν.

In ephemeride epigraphica I p. 254 demonstravi, non cum Kumanude ad consulem a. 44 a. Chr. (798 u. c.), quippe qui nunquam praetor fuerit, sed ad cos. a. 10 p. Chr. referendum esse titulum. Cuius praetura fere in annum 7 p. Chr. incidit.

---

592 Fragmenta quinque marmoris. In museo societatis archaeologicae exscripsit Koehler.



I. e. Ἡ βουλ[ὴ ἡ ἐ]ξ [Ἀρείο]υ πάγου | [κ]αὶ ὁ [δῆ]μο[ς Σ]ἕξτον | Πομπ[ήι]ον [Ἀνθ]ύπατον | ἀρετῆς [ἕν]εκε[ν].

Hic non est Cn. Pompei Magni filius natu minor, sed sine dubio Sex. Pompeius Sex. f. Sex. n. cos. a. 14 p. Chr. Hic anno 27 p. Chr. proconsul Asiae fuit (v. Nipperdey ad Tac. ann. III, 11); sed fortasse non de eo proconsulatu hic dicitur, sed de Achaiae, quo eum functum esse sane nusquam traditur.

---

593 Basis inventa in Parthenone, cuius in altera parte est titulus Epaphroditi Heliodori f. Phlyensis (v. ind). Edd. Pittakis Eph. 781 et ex eius exemplari ego Eph. epigr. I p. 253 n. 11.



Ὁ δῆ[μος] | Γάϊον Μά[ριον] | Μάρκελλον πρε[σβευτὴν] | Καίσαρος Σε[βαστοῦ] | ἀρετῆς ἕνε[κεν] | καὶ εὐεργεσία[ς] τ[ῆ]ς [εἰς ἑαυτόν]. Augusti legatus praeterea ignotus.

594 Basis marmoris Eleusinii. Ed. Pittakis Eph. 3403. Descripsit Koehler.

Η ΒΟΥΛΗ

ΛΙΒΙΟΝ

Nihil deesse Koehlerus expressis verbis testatur. Ἡ βουλὴ | Λίβιον. Quum neque praenomen neque quicquam aliud addatur, definiri non potest, quis ille Livius fuerit. Ne de tempore quidem quicquam accuratius dici potest. Omnino hic subiunxi titulos aliquos, qui etsi aetas definiri accuratius non potest, tamen propter simplicitatem atque brevitatem ad initia potissimum aetatis imperatorum Romanorum pertinere videntur (594—600).

---

595 Titulus in marmore Hymettio maximae molis litteris magnis belle incisus, inventus ad viam quae dicitur stadii, ubi ea cum alia via coniungitur, quae a palatio regio venit. Descripsit Michaëlis, edd. Henzen Bull. dell' Inst. arch. 1862 p. 27. Th. Mommsen C. I. L. III, 561. Kumanudis Ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. 3879. Denuo inspexit Koehler.

C · IVLIO · C · F · VOLT ·
SILVĪNO
ΓΑΙΩΙΙΟΥΛΙΩΙΓΑΙΟΥΥΙΩΙ
ΟΥΛΤΙΝΙΑΣΙΛΟΥΙΝΩΙ

in latere:

ΦΙΛΙΠΠΟΥ

I. e. *C. Iulio C. f(ilio) Volt(inia) Silvino.* — Γαΐῳ Ἰουλίῳ Γαΐου υἱῷ | Οὐλτινίᾳ Σιλουίνῳ. — Φιλίππου (artificis nomen).

---

596 Basis marmoris Pentelici, in arce prope Parthenonem. In eodem lapide supra hunc titulum alius antiquior est. Edd. Pittakis Eph. 3422. H. Brunn Bullettino dell' Instituto 1859 p. 200. (G. Hirschfeld Tituli statuariorum 46). Exscripserunt Koehler et Heydemann.

ΗΒΟΥΛΙ// ///////////ΟΔΗΜ
ΓΑΙΟΝΑΜΒΙΒΙΟΝΒΑλ

Var. lect. V. 2 extr. / Koehler, λ Heydemann.
I. e. Ἡ βουλὴ [καὶ] ὁ δῆμ[ος] | Γάιον Ἀμβίβιον Βάλ[βον?].

---

597 Fragmentum lapidis Pentelici inaedificatum in domo ʻπαρὰ τὴν ὁδὸν τῶν τριπόδωνʼ. Ed. Pittakis Eph. 2762. Exscripsit O. Lueders.

ΟΔ
ΚΟΙΝΤΟΝ
ΚΟΙΝΤΟΥ
ΠΡΕΣΒ

I. e. Ὁ δ[ῆμος] | Κόϊντον ...... | Κοΐντου [υἱὸν] | πρεσβ[ευτήν]. Quod aliquando conieceram, hunc titulum cum n. 598 coniungendum esse (Hermae VI p. 289 n. 2), id utroque lapide accurate inspecto non ita se habere pronuntiavit Lueders.

598ᵃ Fragmentum lapidis Pentelici inventum occidentem versus ab Erechtheo. Ed. Pittakis Eph. 3404. Exscripsit Koehler.

ͺΜΜΙΟΝ
ΙΥΟΝ
ΡΕΥΤΗΝ

I. e. [.... Μ]όμμιον, [... ου] υἱόν, | [πρεσ]βευτήν.

---

599 Basis lapidis Pentelici, a. 0,32, l. 0,97, cr. 0,80. In eodem lapide est titulus multo antiquior I, 413. Ed. Pittakis Eph. 3297.

ΗΒΟΥΛΗ
ΜΑΡΚΟΝΚΥΡΗΝΙΟΝ
ΕΥΝΟΙΑΣΕΝΕΚΕΝ

Ἡ βουλὴ | Μᾶρκον Κυρήνιον | εὐνοίας ἕνεκεν.

---

600 In basi marmoris Pentelici inventa in orientali Propylaeorum parte. Duo alia latera eiusdem lapidis continent titulos antiquiores. Ed. Pittakis Eph. 3745. Exscripsit Koehler.

ΟΔ॥ΜΟΣ
ΓΑΙΟΝ॥/////ΙΝΑΙ//////
ΛΕΥΚΙΟΥΥΙΟΝ

I. e. Ὁ δ[ῆ]μος | Γάιον Μα[ν]ναῖ[ον] | Λευκίου υἱόν. Scribitur sane Latine Manneius, ut Graece Μαννήϊον potius exspectes.

---

601. 602 Basis lapidis Hymettii, in duas partes fracta. *a* inventum mense Decembri a. 1872 in arce, ad murum septentrionalem, occidentem versus ab Erechtheo; exscripsit Lueders. — *b* in arce orientem versus a Parthenone. Edidit Pittakis l'ancienne Athènes p. 307. Eph. 3600. Contulit Koehler. — Coniunxi.

(601) (602)

(601) *a*	(602) *b*	
ΟΔΗΜΟΣ	ΟΔ	\ΟΣ
ΓΑΙΟΝΚΑΛΠΟΡΝΙΟΝΛΕΥΚΙΟΥ	ΓΝΑΙΟΝΚΑ	\ΠΟΡΝΙΟΝ
ΥΟΝΠΙΣΩΝΑΦΡΟΥΓΙΑΑΡΕΤΗΣ	ΠΙΣΩΝΑΑΡ	ΕΤΗΣΕΝΕΚΑ
ΕΝΕΚΑ	ΚΑΙΕΥ	ΝΟΙΑΣ

601 Ὁ δῆμος | Γάιον Καλπόρνιον, Λευκίου | υἱόν, Πίσωνα Φρούγια, ἀρετῆς | ἕνεκα.
602 Ὁ δ[ῆμ]ος | Γναῖον Καλπόρνιον | Πίσωνα, ἀρετῆς ἕνεκα | καὶ εὐνοίας.

C. Calpurnius L. f. Piso Frugi, Ciceronis gener, cum quaestor fuisset a. 58 a. Chr. (696 u. c.), anno insequente decessit. Praeter hunc nemo est, quem illa nomina gessisse expresso veteris alicuius scriptoris testimonio constet. Nam qui a. 77 a. Chr. (687 u. c.) consul fuit C. Cal-

purnius L. f. Piso, ei cognomen Frugi quod sciam nusquam tribuitur. At praeter illum Ciceronis generum alter est, quem eisdem plane nominibus usum esse non traditum quidem est, sed magnam habet veri similitudinem. Fuerunt enim L. Calpurnii Pisonis Frugi cos. a. 15 a. Chr. (739 u. c.) duo filii, ad quos Horatius nobilissimam epistulam scripsit. Ex quibus maiorem patris praenomen gessisse constat (Mommsen Ephem. epigr. I p. 145, qui provocat ad Tac. ann. IV, 27. Borghesi Opp. V, 312), minorem vero quum adoptione in gentem Liciniam transiisset M. Licinium Crassum Frugi (cos. 27 p. Chr.) vocatum esse, admodum probabilis est Mommseni (l. l.) coniectura. Cui quod fuerit ante adoptionem praenomen ignoratur: sed praeter Lucii, quod frater gessit, in Pisonum Frugi et Caesoninorum stirpe fere nullum fuit praenomen nisi Gai — alio praenomine unus M. Piso M. f. Frugi cos. a. 58 a. Chr. (696 u. c.) utitur — ita ut veri simillimum sit, etiam illum ita vocatum esse. Nisi igitur ceteroqui plane ignotum esse sumpserimus huius tituli C. Pisonem Frugi, aut statuendum est eum Ciceronis generum fuisse, aut L. Pisonis cos. a. 15 a. Chr. filium minorem. At quis est alter Cn. Piso? Si cui simplicissimum videatur, eum quoque ad Pisones Frugi referre, ita ut propter arctam quandam sanguinis necessitudinem amborum statuae in eadem basi erectae sint, ei coniecturae etsi fortasse non obstat cognomen Frugi in altero titulo omissum — nam eadem inconstantia etiam in patris praenomine n. 601 addito, n. 602 omisso cernitur — tamen ipsum Gnaei praenomen a Pisonibus Caesoninis et Frugi alienum alteriusque stirpis, quae mero Pisonum cognomine utitur, proprium est (Mommsen l. l.). Qua ex stirpe qui una cum C. Pisone Ciceronis genero potuerit statuae honore affici nemo est; nam Cn. Piso Catilinae socius mortuus est priusquam ille ad honores reipublicae accederet. At M. Licinii Crassi Frugi illius, cui C. Piso L. f. Frugi nomina ante adoptionem fuisse videntur, plane aequalem fuisse constat Cn. Calpurnii Pisonis cos. a. 7 a. Chr. (747 u. c.) filium cognominem, qui sane postea patre propter necem Germanici damnato paternum praenomen abicere coactus Lucii assumpsit (Tac. ann. III, 47). Hos aequales fuisse inde apparet, quod consulatum una gesserunt a. 27 p. Chr. (Tac. ann. IV, 62). Quodsi iure ad hos titulum rettulimus, cum ante adoptionem Gai tum ante mutatum Gnaei praenomen statuae erectae sint necesse est. Atque de illius quidem adoptione nihil constat, nisi eum tum cum praetura functus sit (a. 24 p. Chr.) iam Licinium Crassum fuisse (Henzen Act. Arv. ind. p. 190); huius vero praenominis mutatio incidit in annum 19 p. Chr. Quaenam fuerit causa, cur statuae eorum in eadem basi coniunctae ponerentur, latet. Nam ut necessitudo sanguinis, quae intercedit inter duas Pisonum stirpes, multo remotior est, quam ut hic in censum veniat, ita affinitas, quam testatur titulus apud Ritschl. Priscae Lat. Mon. tab. 89*h* (cf. Mommsen l. l. p. 148), cum hic titulus positus est nondum fuit. Scilicet alterius ex his duobus hominibus filia nupsit alterius filio L. Pisoni cos. a. 57 p. Chr. At octo aut adeo pluribus annis ante utriusque consulatum titulum nostrum compositum esse vidimus, quo tempore neuter ex eis adulta aetate liberos habere potuit. Quare antiquior quaedam inter utramque Pisonum stirpem affinitas subesse videtur, cuius nulla exstat memoria.

---

603 In basi inaedificata in muro ecclesiae Παναγίας πυργιωτίσσης, a. 0,26, l. 1,00. Ed. Pittakis Eph. 4011.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΕΞΤΟΝΟΥΙΒΙΔΙΟΝΟΥΙΡΡΩΝΑ
ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΑ
ΛΙΕΥΝΟΙΑΣΤΗΣΕΙΣΕΑΥΤΟΝ

Ὁ δῆμος
[Σ]έξτον Οὐιβίδιον Οὐίρρωνα
ἀρετῆς ἕνεκα
[κα]ὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑαυτόν.

Vibidius Virro unus commemoratur in litteris Romanis qui anno 17 p. Chr. (770 u. c.) a Tiberio senatu motus est, siquidem recte dixi (Eph. epigr. I p. 109) apud Tacitum ann. II, 48 pro Varro restituendum esse Virro. Eandem coniecturam postea proposuit Th. Bergk in editione monumenti Ancyrani p. 66. Sed dubium est, num ille idem sit cum hoc qui titulo nostro honoratur.

604 Basis marmoris Pentelici inventa occidentem versus a Parthenone. Ediderunt Pittakis l'ancienne Athènes p. 297. 298. Eph. 729. E. Burnouf Revue archéologique 1874 Nov. p. 319 n. 23. Exscripsit O. Lueders.

ΗΒΟΥΛΗ////[Ξ]ΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ
ΚΑΙΗΒΟΥΛΗ[ΤϚ]ΝΕΞΑΚΟΣΙΩΝ
ΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
[\]ΙΟΝΔΟ[Μ]////////ΑΗΝΟΒΑΡΒΟΝ
ΑΡ[Ε]Τ///ΣΕΝΕΚΕΝ

Var. lect. Quae uncis inclusi, Pittakis habet, Burnouf et Lueders non item. Sunt etiam haud pauca, in quibus Luedersii apographum plenius est quam Pittakisii, sed enumerare non opus est. V. 5 Ρ om. Burnouf. Praeterea is nonnullas litteras dimidiatas habet, quae apud Lueders. integrae sunt (v. 2 ΒΟΥΛΗ) et vice versa (v. 4 ΔΟΜ.....Ν ΑΗΝΟΒΑΡΒΟΝ).

Ἡ βουλὴ [ἡ ἐ]ξ Ἀρείου πάγου | καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων | καὶ ὁ δῆμος | [Γνα]ῖον Δομ[έτιο]ν Ἀηνόβαρβον | ἀρετ[ῆ]ς ἕνεκεν.

Referendus videtur titulus ad Cn. Domitium Ahenobarbum cos. a. 32 p. Chr. (785 u. c.), Neronis imperatoris patrem; quamquam licet etiam cogitare de illius avo cognomine, cos. a. 32 a. Chr. (722 u. c.).

---

605 In eadem basi marmoris Pentelici, quae superiore loco continet titulum antiquiorem I, 374. Ed. Pittakis Eph. 3292. (G. Hirschfeld Tituli statuariorum 10*b*).

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΛΕΥΚΙΟΝΚΑΣΙΟΝ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑ

I. e. Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος | Λεύκιον Κάσιον | ἀρετῆς ἕνεκα.

L. Cassius Longinus, cos. ord. a. 30 p. Chr. (783 u. c.), in matrimonium duxit Drusillam Germanici Caesaris filiam a. 33 p. Chr. (786 u. c.), ab Tiberio Caesare prosocero delectus est ad aestimanda detrimenta igne accepta a. 36 p. Chr. (789 u. c.) Tac. ann. XVI, 15. 45. Ei C. Caesar uxorem abduxit (Suet. Calig. 24). Post hoc tempus non amplius commemoratur. Nam eum, quem C. Caesar anno 41 p. Chr. (794 u. c.) interfici iussit in Asiae proconsulatu, illius fratrem C. Cassium Longinum cos. suff. a. 30 p. Chr. (783 u. c.) fuisse demonstrat Waddington Fastes des provinces Asiatiques p. 124 n. 80. Itaque ad ultimam principatus Tiberii partem titulus noster pertinuerit.

606 Lapis Eleusinius, qui est in arce infra Propylaea. Cum nondum in duas partes fractus esset, titulum edidit Chandler Inscr. P. II n. 20 p. 52. (Boeckh C. I. G. 370. Pittakis l'ancienne Athènes p. 287. 306. O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 52 n. 69). Postea fragmentum *a* periisse videtur, *b* denuo descripsit Koehler.

(*a*)

ΛΗ|ΗΕΞΑΡΗΟΥ
ΓΟΥΚ|ΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΕΛΛΙΟΝ|ΡΟΤΙΛΙΟΝ
ΟΥΠΟΝ|ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ
ΕΤΗΣ|ΕΝΕΚΑΚΑΙΕΥ
ΝΟΙΑΣ

(*b*)

Var. lect. Pittakisius titulum integrum habet, ita ut a sinistra etiam eas litteras exhibeat, quas ne Chandlerus quidem in lapide invenit. Quare non dubito, quin eum cum supplementis initio versuum additis ex Corpore Inscriptionum exscripserit.

[Ἡ βου]λὴ ἡ ἐξ Ἀρήου
[πά]γου καὶ ὁ δῆμος
[Γ]έλλιον Ῥοτίλιον
[Λ]οῦπον ἀνθύπατον
[ἀρ]ετῆς ἕνεκα καὶ εὐ-
νοίας.

Γέλλιος praenominis loco mirum est, ita ut Iahnius Γναῖον coniecerit. At confer adn. ad titulum Porciae (inter titulos mulierum Romanarum), ubi etiam de tempore dicetur.

---

607. 608 In basi lapidis Pentelici, in arce occidentem versus a Parthenone. Ediderunt C. Bursian Bullettino dell' Instituto 1855 p. XXX. (O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 54 n. 78). Pittakis Eph. 2764 et 2765. Denuo contulit Koehler. (Mommsen Eph. epigr. I p. 143 sqq.).

(607)

ΟΔΗΜΟΣ

ΛΕΥΚΙΟΝΚΑΛΠΟΡΝΙΟΝ
ΛΕΥΚΙΟΥΥΙΟΝΠΕΙΣΩΝΑ
ΕΥΝΟΙΑΣΕΝΕΚΑΤΗΣΕΙΣΕ
ΑΤΟΝ

(608)

ΜΑΡΚΟΝΛΙΚΙΝΝΙΟΝ
ΜΑΡΚΟΥΥΙΟΝΦΡΟΥΓΙ
ΕΥΝΟΙΑΣΕΝΕΚΑΤΗΣ
ΕΙΣΕΑΤΟΝ

In aversa parte ad ipsum marginem superiorem:

//////ΙΟΝΙΔΗΣΑΝΕΘΗΚΕΝ

Ὁ δῆμος

Λεύκιον Καλπόρνιον
Λευκίου υἱὸν Πείσωνα
εὐνοίας ἕνεκα τῆς εἰς ἑ-
ατόν.

Μᾶρκον Λικίννιον
Μάρκου υἱὸν Φρούγι
εὐνοίας ἕνεκα τῆς
εἰς ἑατόν.

Demonstravit Mommsenus, duas esse rationes quibus horum duorum titulorum coniunctio explicari possit. Aut enim n. 607 esse consulem a. 15 a. Chr. (739 u. c.) L. Pisonem L. f. Frugi, n. 608 vero eius filium naturalem, adoptatum a M. Crasso cos. a. 14 a. Chr. (740 u. c.), M. Licinium Crassum Frugi cos. a. 27 p. Chr. (qui ante adoptionem videtur C. Calpurnius Piso Frugi vocatus esse n. 601); aut n. 607 referendum ad L. Calpurnium Pisonem cos. a. 57 p. Chr., n. 608 ad eius uxoris fratrem M. Licinium Crassum Frugi iuniorem cos. a. 64 p. Chr. Quibus ex coniecturis priorem se praeferre dicit Mommsenus, et sane verissime dicit aptius sic coniungi patrem et filium; at est etiam argumentum quo altera coniectura magis commendetur. Si patrem et filium hic agnoscimus, non potest non mirum videri, quod cognomen quod est Frugi in patre Pisone omittitur, in filio Crasso additur. At in altera illa coniectura id rectissime fieri iudicandum est, quum L. Piso cos. a. 57 (filius consulis a. 27 p. Chr. v. n. 602) ex ea Pisonum stirpe fuerit, a qua illud cognomen omnino alienum fuit.

---

609 In inferiore parte eiusdem lapidis, in quo est titulus votivus Lysimachi Lysithidis f. Agrylensis (cf. indicem voluminis secundi), septentrionem versus a Parthenone. Edd. Rangabé Eph. 22. Ant. Hell. 1008. Beulé l'Acropole I p. 344. (O. Iahn Pausaniae descr. arcis p. 47 n. 33). Denuo contulit Koehler. Est etiam in L. Rossii schedis.

ΟΔΗΜΟΣ

ΜΑΡΚΟΝΛΙΚΙΝΝΙΟΝΚΡΑΣΣΟΝΦΡΟΥ
ΓΙΕΥΣΕΒΕΙΑΣΤΕΤΗΣΠΡΟΣΤΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝΕΝΕΚΑΚΑΙΤΗΣΠΡΟΣ
ΤΟΝΔΗΜΟΝΕΥΝΟΙΑΣΚΑΙΕΥΕΡΓΕ
ΣΙΑΣ

V. 6 post ΣΙΑΣ vacuum spatium est.

Ὁ δῆμος

Μᾶρκον Λικίννιον Κράσσον Φρού-
[γ]ι εὐσεβείας τε τῆς πρὸς τὸν
Σεβαστὸν ἕνεκα καὶ τῆς πρὸς
τὸν δῆμον εὐνοίας καὶ εὐεργε-
σίας.

Cognomen quod est Frugi ex Liciniorum Crassorum stirpe nemo gessit praeter M. Crassum consulem a. 27 p. Chr. (780 u. c.) eiusque filium cognominem cos. a. 64 p. Chr. (817 u. c.) Uter hic intelligendus sit, discerni nequit. Cf. praeterea n. 601. 608.

610 In basi lapidis Pentelici, a. 1,20, l. 0,28, cr. 0,70, inventa prope Erechtheum. In eodem lapide est titulus donarii a Lamptrensi aliquo Minervae dedicati. Edidit Pittakis Eph. 3374.

Ο Δ Η Μ Ο Σ
Π Ο Π Λ Ι Ο Ν Ο Κ Τ Α Ι Ο Ν Π Ο Π Λ Ι Ο Υ
Υ Ι Ο Ν Α Ρ Ε Τ Η Σ Ε Ν Ε Κ Α Κ Α Ι Ε Υ Ν Ο

Pittakis Π et Σ, ut fere solet; quod mutare non dubitavi.

Ὁ δῆμος
Πόπλιον Ὀκτάϊον Ποπλίου
υἱὸν ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνο[ίας].

P. Octavium huius tituli eundem esse, qui in titulo Latino (IVLIAE · AVGVSTAE · CYRENENSES · P · OCTAVIO · PROCOS) Tiberio imperatore composito proconsul (Cretae et Cyrenarum) nominatur, quem P. Octavii equitis Romani, praef. Aegypti a. 1 p. Chr., filium fuisse veri simile sit, exposui in Ephemeride epigraphica vol. I p. 112 sqq. De scriptura nominis Ὀκτάιος cf. Hermae VI p. 305. Mommsen Eph. epigr. I p. 286.

---

611 *'Die Inschrift befindet sich auf einer pentelischen Basis (0,28 hoch, 1,045 lang, 0,65 tief); diese bildet jetzt die erste Stufe der Treppe, welche unterhalb der Pinakothek zur Klepsydra hinabführt'* G. Hirschfeld. Edd. Pittakis l'ancienne Athènes p. 324. Wordsworth Athens and Attica p. 141. (O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 45 n. 24). G. Hirschfeld (Tituli statuariorum 116*a*) Arch. Ztg. XXX (1872) p. 28 tab. 61 n. 32. Habui etiam Velseni et Rossii apographa.

Ο Δ Η Μ Ο Σ
Γ Ν Α Ι Ο Ν Α Κ Ε Ρ Ρ Ω Ν Ι Ο Ν
Π Ρ Ο Κ Λ Ο Ν Α Ν Θ Υ Π Α Τ Ο Ν
Τ Η Σ Ε Ι Σ Ε Α Υ Τ Ο Ν Ε Υ Ν Ο Ι Α Σ
Κ Α Ι Κ Η Δ Ε Μ Ο Ν Ι Α Σ Ε Ν Ε Κ Α
Π Ρ Α Ξ Ι Τ Ε Λ Η Σ Ε Π Ο Ι Η – ///

Var. lect. Ultimum versum soli Wordsworth et Hirschfeld habent, reliqui omittunt. Quem versum consulto deletum esse verbique formam ΕΠΟΙΕΙ habere Wordsworthius refert, ita ut eum ex titulo antiquiore superesse manifestum sit atque fortasse ad clarissimum illum Praxitelem pertinere iudicandum sit. Sed ea omnia falsa esse Hirschfeld lapide diligenter inspecto affirmat, ut iam dubitari nequeat quin Praxiteles ipsius Acerronii statuam finxerit. Reliquis in rebus exemplaria omnia fere consentiunt; ego Hirschfeldi lithographiam expressi, quae litterarum formas accuratius etiam quam reliqua exemplaria exhibere videtur.

Titulus igitur sic se habet: Ὁ δῆμος | Γναῖον Ἀκερρώνιον | Πρόκλον ἀνθύπατον | τῆς εἰς ἑαυτὸν εὐνοίας | καὶ κηδεμονίας ἕνεκα. | — Πραξιτέλης ἐποίη[σεν].

Hunc esse Cn. Acerronium Proculum consulem a. 37 p. Chr. (790 u. c.), et proconsulem sine dubio Achaiae intellegendum esse propter εὔνοιαν καὶ κηδεμονίαν, quae laudibus efferuntur, verissime Hirschfeldius annotavit. At quod eum paucis annis *ante* consulatum eo munere functum dicit, quia Achaiae proconsulatus non consularium, sed praetoriorum fuerit, in ea re fallitur. Scilicet annis 15—44 p. Chr. provincia Achaia senatui ademta atque ad Caesarem translata nulli omnino fuerunt Achaiae proconsules, sed legati Augusti pr. pr. Moesiae simul Macedoniae Achaiaeque praefuere. Quod quoniam Acerronius Proculus plus quam viginti annis ante consulatum praetor atque proconsul Achaiae fuisse non potest, eam provinciam consularis post a. 44 p. Chr. administraverit necesse est.

---

612 In basi marmoris Pentelici inventa in arce septentrionem versus a Parthenone. Edd. Borghesi Diar. Arcadic. T. I p. 182 (Annali dell' Instituto XXI (1849) p. 39. Opp. V p. 178). Boeckh C. I. G. 369. Pittakis Eph. 2305. Denuo descripsit Koehler.

ΙΟΝΜΑΡΚΟΙΣΕΙΛ
ΝΤΟΡΚΟΥΑΤΟΝΙΕΡΕΑϹ
ϽΥΛΙΟΥΚΑΙΙΕΡΕΑΘΕΟΥΚ/
ΣΤΟΥΕΠΑΡΧΟΝΡΩΜΗΣΤΡΙΩΝ
ΛΑΤΑϹΚΕΥ///ΣΧΡΥΣΟΥΚΑΙΑΡΓΥΡΟΥ
ΟΥΤΑΜ ΙΟΥΝΛ/////////Ο
ΣΕΒΑ ΝΙΝ///Ͻ

V. 6 ΙΟΥΝ plane certum esse Koehlerus iterum interrogatus per litteras mihi significat.

[Ὁ δῆμος]
[Λεύκιον Ἰούν]ιον Μάρκο[υ] Σειλ[ανοῦ]
[υἱὸν] Τορκουᾶτον ἱερέα Θ[εοῦ]
[Ἰ]ουλίου καὶ ἱερέα Θεοῦ Κ[αίσαρος]
[Σεβα]στοῦ, ἔπαρχον Ῥώμης, τριῶν [ἀν]-
[δρῶν κ]ατασκε[υῆ]ς χρυσοῦ καὶ ἀργύρο[υ καὶ]
[χαλκ]οῦ, ταμ[ίαν Τιβερ]ίου Κλ[αυδί]ο[υ Καί]-
[σαρος] Σεβα[στοῦ Γερμα]νικο[ῦ].

Ex Iuniorum Silanorum familia duo sunt, qui per temporum rationem Claudii aetate quaestura fungi potuerint, Decimus cos. 53 p. Chr. (806 u. c.) et Lucius, Octaviae Claudiae filiae sponsus, qui praetor a. 49 p. Chr. (802 u. c.) occisus est. Hos fratres fuisse constat, et eos Marci Silani cos. a. 19 p. Chr. (772 u. c.) filios fuisse, non Appii cos. a. 28 p. Chr. (781 u. c.), ut Borghesius voluerat, Th. Mommsenus (Eph. epigr. I p. 57 sq.) probavit gravissimis argumentis; Lucio non Decimo titulum adscribendum esse demonstravit idem, inprimis Dionis testimonio usus, qui 60, 5 Lucium praefectum urbis feriarum Lat. fuisse docet. Ad tempus tituli accuratius definiendum id alicuius momenti est, quod Koehlerus infra v. 7 nulla vestigia litterarum esse dicit, quamquam spatium sufficit. Quare totum titulum eo versu finiri neque tum quum dedicatus est Silanum maiore magistratu quam quaestura functum fuisse puto. Quaestor vero anno 44 p. Chr. (797 u. c.) fuerit necesse est, quum eum a. 49 p. Chr. praetorem fuisse constet.

---

613 In ecclesia Παναγίας πυργιωτίσσης exscripsit G. Hirschfeld, cuius ex apographo ed. W. Henzen Eph. epigr. I p. 219.

ΠΟΠΛΙΟΝΜΕΜΜΙΟΝΡΗΓΛΟΙ ΙΙΙ
ΤΙΒΕΡΙΟΥ-ΚΑΙΣΑΡΟΣ-ΣΕΒΑΣΤΟΥΚ – ΙΡΑΤΗΓΟΝ
ΚΑΙΤΙΒΕΡΙΟΥΚΛΑΥΔΙΟΥ-ΚΑΙΣΑΡΟΣΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ-ΑΘΗΝΑΙΩΝΟΕΠΙΤΟΥΣΟΠΛΙΤΑΣΣΤΡΑΤΗ
ΓΟΣΚΑΙΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΤΩΝΤΙΒΕΡΙΟΥΚΛΑΥΔΙΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΑΓΩΝΩΝ-ΝΟΥΙΟΣΦΙΛΕΙΝΟΥΕΞΟΙΟΥ
ΤΟΝΕΑΥΤΟΥΕΥΕΡΓΕΤΗΝΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΑΝΕΘΗΚΕΝ

Πόπλιον Μέμμιον Ῥῆγλον [ὑπατικόν, πρεσβευτ]ὴν | Τιβερίου Καίσαρος Σεβαστοῦ κ[αὶ ἀντιστ]ράτηγον | καὶ Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ | Γερμανικοῦ, Ἀθηναίων ὁ ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας στρατη|γὸς καὶ ἀγωνοθέτης τῶν Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος | Σεβαστοῦ ἀγώνων Νούιος Φιλείνου ἐξ Οἴου | τὸν ἑαυτοῦ εὐεργέτην ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκεν.

P. Memmius Regulus cos. suff. a. 31 p. Chr., legatus pro praetore Moesiam Macedoniam Achaiam provincias coniunctas administravit inde ab a. 36 p. Chr. usque ad principatus Claudii initia. Quum igitur trium Augustorum legatus fuerit, duo modo nominantur, Gai nomen propter memoriam damnatam omittitur. Decessit Memmius a. 61 p. Chr. (cf. Henzen Acta fratrum Arvalium ind. s. nom.).

---

614 Fragmentum basis lapidis Pentelici, inventum occidentem versus a Parthenone, ut Pittakisius refert, qui titulum edidit Eph. 2655. Nunc in gradibus Parthenonis orientalibus, ubi exscripsit O. Lueders.



Nihil agnoscitur nisi ... Μέμμιον Ῥῆγλον .... Pater an filius sit, latet.

---

615 In basi marmoris Pentelici, in arce orientem versus a Propylaeis. Edd. Pittakis Eph. 79. Ross Arch. Aufs. II p. 655 n. 10. Denuo contulit Koehler. Est etiam in L. Rossii schedis.



V. 6 Ρ quod uncis inclusi, Ross habet, apud Koehlerum deest.

. . . . . [υἱὸν]
Ποπ[λί]ου [Μ]ε[μμί]ο[υ Ῥήγλου πρε-]
ζβευτοῦ τῶ[ν Σε]β[αστῶν καὶ ἀντι-]
στρατήγου Μ[υσίας?, στ]ρ[ατηγοῦν-]
τος ἐπὶ τοὺς ὁ[πλεί]τ[α]ς [τὸ . .]
Διοκλέους τοῦ [Θεμ]ι[σ]τ[οκλέους]
δαδούχου φιλοκαίσαρο[ς φιλο-]
[π]άτριδος τοῦ καὶ ε[ἰ]σηγ[ητοῦ.]
Ἐπὶ ἱερείας Ἰουνία[ς]
Μεγίστης τῆς Ζή[νωνος]
Σουνιέως Θυγατ[ρός.]

Ad Claudii tempus titulum referendum esse patet; accuratius definiri nequit. Si ex eo, quod vocibus πρεσβευτὴν T. Κλ. Καισ. Σεβ. Γερμ. ἀντιστράτηγον non additum est provinciae cuiusdam nomen, colligere liceret, eius ipsius provinciae hunc fuisse legatum, ubi titulus positus est, id est Achaiae, ad P. Memmium Regulum (de quo v. ad n. 613) referendus esset, qui unus Claudii legatus fuit, qui hanc provinciam administraret. Sed num id liceat, valde dubito. V. 4 ante vocem ἀντιστράτηγον non fuisse καί ex spatii ratione patet; atque is licendi usus rarior quidem est, sed minime inauditus.

Supplementorum meorum rationem reddidi Eph. epigr. I p. 109 sq., ibique exposui, cur veri simile putem hunc titulum filio P. Memmii Reguli (cf. adn. ad n. 613), fortasse Gao, qui postea (a. 63 p. Chr. = 816 u. c.) consul fuit, positum esse.

---

616 In basi marmoris Hymettii, occidentem versus a Propylaeis. Edd. Pittakis Eph. 2118. Beulé l'Acropole II p. 348. Denuo descripsit Koehler.

617 In fragmento lapidis Hymettii, a. 0,20, cr. 0,37, invento occidentem versus a Propylaeis. Ed. Pittakis Eph. 2112. A superiore parte lapis integer est, a ceteris mutilus.



Fortasse sic supplendus est titulus:

[Ἡ βουλὴ ἡ] ἐξ Ἀρήου [πάγου καὶ ἡ]
[βουλὴ τῶν ἑ]ξακοσί[ων καὶ ὁ δῆμος]
[? Γάιο]ν Μέμμι[ον Ῥῆγλον υἱὸν Πο]-
[πλίου Μ]εμμ[ίου Ῥήγλου ὑπατικοῦ]
[πρεσβε]υτοῦ [τῶν Σεβαστῶν καὶ ἀν]-
[τιστρατήγου etc.]

Sane neque haec supplementa certa sunt neque omnino pro certo dicere licet, hunc titulum huc pertinere. Sed cur Pittakisii supplementa nihili esse putem, exposui Eph. epigr. I p. 112.

---

618 Basis lapidis Pentelici inventa anno 1839 in arce septentrionem versus ab Erechtheo. Ed. Pittakis Eph. 104. Contulit Koehler. Est etiam in L. Rossii schedis. Cf. quae de titulo exposui Eph. epigr. I p. 241.

ΘΗ . ι ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ//
ΗΒΟΥΛΗΤΩΝΕΞΑΙΟΣΙΩΝ//
ΟΔΗΜΟΣ ΜΑΡΚΟΝΑΝΝΙΟ///
ΑΦΡΕΙΝΟΝΥΠΑΤΟΝΑΡΕΤΗΣ
ΚΕΝΚΑΙΤΗΣΠΡΟΣΤΗΝΠΟΛΙΝΓ

Var. lect. V. 1 quae a sinistra exstant litterarum vestigia, ea Koehlero antiquioris tituli esse videntur, deleti cum lapis in alium usum vocaretur || v. 3 ΑΝΙΝΙΟ/// Pittakis, sed quod posui in lapide esse expressis verbis testatur Koehler; idem exhibet Ross.

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου [βουλὴ καὶ] | ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων [καὶ] | ὁ δῆμος Μᾶρκον Ἄννιο[ν] | Ἀφρεῖνον ὕπατον ἀρετῆς [ἕνε]|κεν καὶ τῆς πρὸς τὴν πόλιν ε[ὐνοίας].

M. Annii Afrini consulatum praeter hunc titulum etiam Latinus C. I. L. IV, 1544 habet: *M. Vinicius Vitalis exit pr(idie) nonas Iulias Afrino* (non *Afreno*, cf. Eph. epigr. l. l.) *et Africano co(n)s(ulibus)*. Ante consulatum imperante Claudio Galatiae praefuit; cuius rei testimonium in ephemeride attuli nummum Pessinuntium cui inscriptum est ΕΠΙ ΑΦΡΕΙΝΟΥ. Iam aliud accessit tituli prope Isaura inventi C. I. L. III, 288 *Ti. Claudio Caesari Aug(usto) Germanico M. Annius Africanus leg(atus) eius dedicavit.* Nam hic quum et reliqua nomina et munus et provincia et tempus eadem sint, quin errore eius qui transcripsit notissimum nomen Africanus pro rarissimo Afrinus substitutum sit dubitari nequit. Denique C. I. L. III, 4109 (in Sclavonia) IMP· VESPASIAN . . . | M · ANNIO · AFR . . . | LEG ad eundem sine dubio pertinet (in indice C. I. L. M. Annius Afer scribitur). Consulatus videtur incidere in Neronis principatum.

---

619 Lapis inventus anno 1872 Patissiae. Exscripsit O. Lueders.

ΚΥΙΝΤΟΣΟΥΙΒΙΟΣΚΡΙΣΠΟ

Κύιντος Οὐίβιος Κρίσπος.

Vibius Crispus quod sciam unus apud scriptores nominatur, cos. suff. a. 57 p. Chr. (810 u. c.), curator aquarum a. 68—71 p. Chr. deinde proconsul Africae, cuius vita octogesimum annum excessit (Tacitus ann. XIV, 28 cum Nipperdei adnotatione. hist. II, 10. IV, 41. dial. 8, 13. Iuvenal. IV, 81. Quintil. V, 13, 48. VIII, 5, 15. 17. X, 1, 119. XII, 10, 11. Dio Cass. 65, 2. Sueton. Domit. 3. Frontin. de aq. 102). Praenomen eius nusquam affertur, nam quod Gaium eum dicit Heinrichius ad Iuv. IV, 81, id factum est errore, quod scholiastam secutus illum cum C. Passieno Crispo Neronis vitrico confudit. Quum igitur nemo alius Vibius Crispus apud scriptores commemoretur, illius vero de quo dicimus potentia summa fuerit et diuturna, non dubito quin titulus noster ad eum referendus eique Quinti praenomen adscribendum sit. Commodissime ad Flaviorum imperatorum tempora titulus referatur, quibus illius potentiam et gloriam maximam fuisse constat.

---

620 Athenis; ex Mustoxydis schedis Forchhammer transmisit Boeckhio.

ΑΛΠΟΥΡΝΙΟΝ
ΣΩΝΑΣΚΕΙΠΙΩ
ΟΡΦΙΤΟΥΥΟΝ
ΜΥΣΤΗΝ

I. e. [Κ]αλπούρνιον | [Πεί]σωνα, Σκειπίω|[νος] Ὀρφίτου υἱόν, | [τὸν] μύστην. Pater est Cornelius Scipio Orfitus cos. suff. a. 101 p. Chr., filius M. Calpurnius Piso cos. ord. a. 111 p. Chr. esse videtur, etsi exiguum est decem annorum intervallum inter patris filiique consulatus. Filii nomina ex materna origine repetenda videntur. Alterius p. Chr. saeculi titulum esse etiam scripturae Καλπούρνιον (Καλπόρνιος n. 601. 602. 607) et Σκειπίωνα (Σκιπίων n. 580) indicant.

---

621 Basis lapidis Eleusinii in duas partes fracta, inventa in arce. *a* 'a dextra mutilum, a reliquis exstat margo'. Exscripsit Koehler. *b* Ed. Pittakis Eph. 3827. Exscripsit Koehler. Coniunxi utrumque et de titulo exposui Eph. epigr. I p. 250.

ΗΒΟΥΛΗ | ΣΑΡΕΙΟΥΠΑ
ΛΗΤΟΝ | ΙΟΔΗΜΟΣΛΟΥΕΙ
ΜΕΣΣΑΛ | ///ΟΥΕΙΦΤΑΝΟΥΜΕΝ///
ΥΠΑΤΙΚΟ | ΥΙΟΝΑΡΕΤΗΣΕΝΕ
ΚΑΙΕΥΝΟ | ΙΑΣΤΗΣΕΙΣΤΗΝΠ
| ΝΕΘΗΚΕΝ

Ἡ βουλὴ [ἡ ἐξ] Ἀρείου πά[γου καὶ ἡ βου]|λὴ τ[ῶ]ν Χ [κα]ὶ ὁ δῆμος Λ. Οὐει[ψτανὸν] | Μεσσάλ[αν], Οὐειψτανοῦ Μεσ[σάλα] | ὑπατικο[ῦ] υἱόν, ἀρετῆς ἕνε[κεν] | καὶ εὐνοίας τῆς εἰς τὴν [πόλιν | ἀ]νέθηκεν. Hic est filius L. Vipstani Messalae cos. a. 115 p. Chr. praeterea ignotus.

---

622 In basi lapidis Pentelici inventa in arce orientem versus a Parthenone, ubi nunc etiam est. Edd. Pittakis Eph. 363. C. Bursian Berichte der sächsischen Gesellsch. der Wissenschaften 1860 p. 218. Denuo contulit Koehler; cf. quae de titulo exposui Eph. epigr. I p. 245 sq.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝΤΗΣ

ΦΟΙΝΕΙΚΗΣΤΗΣΙΕΡΑΣΚΑΙΑ
ΣΥΛΟΥΚΑΙΑΥΤΟΝΟΜΟΥ
ΚΑΙΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣΟΙΑΡΧΟΝ
ΤΕΣΚΑΙΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΑΙΜΙΛΙΟΝΙΟΥΓΚΟΝΠΡΕΣΒΕΥ
ΤΗΝΣΕΒΑΣΤΟΥΚΑΙΑΝΤΙΣΤΡΑ
ΤΗΓΟΝΤΟΝΕΑΥΤΩΝΠΟΛΕΙ
ΤΗΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΗΝΕΥΧΑΡΙΣ
ΤΙΑΣΕΝΕΚΕΝΔΙΑΠΡΕΣΒΕΥΤΟΥ
ΓΑΙΟΥΙΟΥΛΙΟΥΠΡΟΚΛΗΙΑΝΟΥ
ΑΝΕΘΗΚΑΝΕΠΙΦΗΙΣΑΜΕΝΗΣ
ΤΗΣΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΣ
ΚΑΙΤΗΣΒΟΥΛΗΣΤΩΝΦ[ΚΑΙΤΟΥ
ΔΗΜΟΥΤΩΝΑΘΗΝΑΙΩΝ

ΕΠΙΙΕΡΕΙΑΣ ΦΛ ΦΑΙΝΑΡΕΤΗΣ

Τριπολιτῶν τῆς | Φοινίκης, τῆς ἱερᾶς καὶ ἀ|σύλου καὶ αὐτονόμου | καὶ ναυαρχίδος, οἱ ἄρχον|τες καὶ ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος | Αἰμίλιον Ἰοῦγκον, πρε|σβευ|τὴν Σεβαστοῦ καὶ ἀντιστρά|τηγον, τὸν ἑαυτῶν πολεί|την καὶ εὐεργέτην, εὐχαρισ|τίας ἕνεκεν διὰ πρεσβευτοῦ | Γαΐου Ἰουλίου Πρεκλησιανοῦ | ἀνέθη|καν, ἐπιψηφισαμένης | τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς | καὶ τῆς βουλῆς τῶν Φ | καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων. | — Ἐπὶ ἱερείας Φλ. Φαιναρέτης.

Aemilius Iuncus, cos. suff. a. 127 p. Chr., paullo ante consulatum praetorius munere legati Augusti pro praetore ad ordinandum statum liberarum civitatium provinciae Achaiae functus videtur; ad eundem pertinet titulus Spartanus C. I. G. 1346, ubi Αἰμίλιος Ἰοῦγκος ὁ δικαιοδότης vocatur (cf. Eph. epigr. l. l.).

---

623. 624 Duae magnae bases lapidis Hymettii. 623 ab inferiore parte mutila, inventa in arce prope Propylaea. Edidit Pittakis Eph. 59 (Lebas Attique 334). Parvam modo partem (v. 9—12) expressit Beulé l'Acropole I p. 340. (C. Keil sched. epigr. p. 41. Herzog Gall. Narb. hist. app. n. 267. I. Marquardt Eph. epigr. I p. 203). Exscripserunt Ross et Koehler. — 624 ab omnibus partibus mutila, inventa apud S. Demetrium Κατηφόρη. Edidit Kumanudis Phil. IV p. 83. Exscripsit O. Lueders.

(623)

ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΚΑΙ
ΗΒΟΥΛΗΤΩΝΕΞΑΚΟΣΙΩΝ
ΚΑΙΟΛΗΜΟΣΟΛΘΗΝΑΙΩΝ

ΚΟΙΝΤΟΝΤΡΕΒΕΛΛΙΟΝΡΟΥΦΟΝ
ΚΟΙΝΤΟΥΥΙΟΝΛΑΜΠΤΡΕΑΑΡΧΙ
ΕΡΕΑΠΡΩΤΟΝΕΠΑΡΧΕΙΑΣΤΗΣ
ΕΚΝΑΡΒΩΝΟΣΚΑΙΥΠΑΤΟΝΚΑΙ
ΝΕΙΝΗΝΣΙΝΙΕΡΩΝΔΗΜΟΥΡΩΜΑΙ
ΩΝΚΑΙΠΑΣΑΙΣΤΕΙΜΑΙΣΕΝΤΗ
ΠΑΤΡΙΔΙΤΟΛΩΣΗΤΕΤΕΙΜΗΜΕ
ΝΟΝΚΑΙΑΡΧΟΝΤΑΕΠΩΝΥΜΟΝ
ΕΝΑΘΗΝΑΙΣΚΑΙΙΕΡΕΑΔΡΟΥΣΟΥ
ΥΠΑΤΟΥΚΑΙΙΕΡΕΑΕΥΚΛΕΙΑΣΚΑΙ
ΕΥΝΟΜΙΑΣΔΙΑΒΙΟΥΚΑΙΧΡΥΣΟΦΟ
ΡΙΑΔΙΑΒΙΟΥΤΕΤΕΙΜΗΜΕΝΟΝΚΑΙ
ΨΗΦΙΣΜΑΤΙΑΝΑΘΕΣΕΩΣΑΝΔΡΙ
ΑΝΤΩΝΚΑΙΕΙΚΟΝΩΝΕΝΠΑΝΤΙΝ
ΩΚΑΙΕΠΙΣΗΜΩΤΗΣΠ○///Γ○Σ///○///
//ΠΩΜΕΓΑΛΟΨ
///ΛΙΓΥΝΟΙΑΣ

(624)

ΝΡΟΥΦΟΙ
ΤΡΕΑΑΡ
ΙΑΡΧΕΙΑΣ
ΚΑΙΥΠΑΤ
ΝΙΕΡΩΝ
ΚΑΙΠΑΣΑΙΣ
ΤΡΙΔΙΤΟΛΩ
ΟΝΚΑΙΑΡ
ΕΝΑΘΗΝΑΙΣ
ΥΠΑΤΟΥΚΑΙ
ΥΝΟΜΙΑΣΔΙ
ΙΑΔΙΑΒΙΟΥ
ΙΨΗΦΙΣΜΑΤΙ
ΡΙΑΝΤΩΝΚΑΙ
ΓΙΝΑΩΚΑΙΕ
ΞΩΣΤΟΠΩ
ΙΑΡΕΤΗΣΚΑΙ
ΑΥΤΟΥΣ

Var. lect. N. 623 v. 1 primas litteras Rossius integras exhibet, Pittakis et Koehler hunc in modum mutilatas: ΗΕΞΑΡΕΙ.

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων Κόιντον Τρεβέλλιον Ῥοῦφον, Κοίντου υἱόν, Λαμπτρέα, ἀρχιερέα πρῶτον ἐπαρχείας τῆς ἐκ Ναρβῶνος, καὶ ὕπατον Καισεωνῆσιν ἱερῶν δήμου Ῥωμαίων, καὶ πάσαις τειμαῖς ἐν τῇ πατρίδι Τολώσῃ τετειμημένον, καὶ ἄρχοντα ἐπώνυμον ἐν Ἀθήναις, καὶ ἱερέα Δρούσου ὑπάτου, καὶ ἱερέα Εὐκλείας καὶ Εὐνομίας διὰ βίου, καὶ χρυσοφορίᾳ διὰ βίου τετειμημένον καὶ ψηφίσματι ἀναθέσεως ἀνδριάντων καὶ εἰκόνων ἐν παντὶ ναῷ καὶ ἐπισήμῳ τῆς πό[λ]εως τόπῳ, μεγαλοψ[υχίας ἕνεκα καὶ] ἀρετῆς καὶ εὐνοίας [τῆς εἰς ἑ]αυτούς. Ea modo uncis inclusi, quae ab utroque exemplari absunt.

Recte Marquardtus vocem ὕπατον (n. 623 v. 7 = 624 v. 4) de consule intellegi posse negavit, cum honores qui enumerantur municipales et provinciales omnino non sint hominis senatorii ordinis ad summos reipublicae Romanae honores evecti; imo coniungendum esse ὕπατον Καισεωνῆσιν, *summum Caeninensem*, cuius additamenti in hoc ipso quidem sacerdotio, rarissime omnino memorati, nullum aliud superesse exemplum, sed plane similia esse *summus haruspex*, aliaque id genus.

Minus recte Marquardtus de aetate tituli iudicavit, cum eum ad Tiberii Caesaris tempora referat, argumento usus sacerdotio Drusi (n. 623 v. 12). At illud sacerdotium usque ad Hadriani tempora mansisse ex titulo L. Vibullii Hipparchi Marathonii constat (vide indicem). Et ad alterum p. Chr. saeculum titulum pertinere cum prolixa honorum enumeratio tum iota productum *constanter* per diphthongum ΕΙ scriptum prodit. Quum igitur post annum 126 p. Chr. propter sexcentorum senatum titulus compositus esse nequeat, sub finem imperii Traiani aut initio Hadriani erectus esse videtur.

---

625 In arce occidentem versus a Propylaeis. Edd. L. Kayser P. Hordeonius Lollianus geschildert nach einer noch nicht herausgegebenen Athenischen Inschrift. Heidelbergae 1841. Pittakis Eph. 53. Contulit Koehler.

////////////////////////// Β○ΥΛΗΤΩΝφ
ΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΕΤΕΙΜΗΣΕΝ
//Τ̄Ο ℬ ΟΡΔΕΩΝΙΟΝ
ΛΟΛΛΙΑΝΟΝ
//ΓΟΝΣΟφΙΣΤΗΝ
ΣΤΟΝ
ΑΜφΟΤΕΡΟΝΡΗΤΗΡΑΔΙΚΩΝΜΕΛΕΤΗΣΙΤΕΑΡΙ
ΛΟΛΛΙΑΝΟΝΠΛΗΘΥΣΕΥΓΕΝΕΩΝΕΤΑΡΩΝ
ΕΙΔΕΘΕΛΕΙΣΤΙΝΕΣΕΙΣΙΔΛΗΜΕΝΑΙΟΥΝΟΜΑΓΛΤΡΟΣ
ΚΑΙΠΑΤΡΗΣΑΥΤΩΝΤΕΟΥΝΟΜΑΔΙΣΚΟΣΕΧΕΙ

[Ἡ] *Βουλὴ τῶν Φ | καὶ ὁ δῆμος | ἐτείμησεν | Πό(πλιον) Ὀρδεώνιον | Λολλιανὸν | τὸν σοφιστήν.*

Ἀμφότερον ῥητῆρα δικῶν μελέτησί τ' ἄριστον,
Λολλιανὸν πλῆθυς εὐγενέων ἑτάρων.
εἰ δ' ἐθέλεις τίνες εἰσὶ δαήμεναι, οὔνομα πατρὸς
καὶ πάτρης, αὐτῶν τ' οὔνομα δίσκος ἔχει.

Hunc esse Lollianum sophistam illum, cuius vitam descripsit Philostratus Vit. soph. I, 23, vidit Kayser. Eius filiae dedicatus est titulus Ephesius C. I. G. 3003 (cf. Add. vol. II p. 1125).

---

626 Basis marmoris Pentelici, in orientali arcis parte. Exscripsit Koehler. Edidi Eph. epigr. I p. 242 n. 7

```
///ΟΥΛΙΟΝΓΑ
ΓΚΑΠΛΑΝϕ
ϚΝΑΝΔΡϚ
ΚΛΙΧΡΥΣ
ΕΥΣΕΩΣ
ΥΙ///ΙΛΙΑΡΧΟΝ
ΗΣΚΕΡ///ΝΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΚ
ΤΙΤΟΥΑΙΛΙΟΥΑΔΡΙΑΝ
ΝΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΕΥΣΕ
Ο_ _ . . ΓΜΓΝΟΝΥΠΑΥ¯
ΟΝΚΥΙΝΤΟΣϕΑ
ΜΙΟΣΘΑΛΗΣΚ
ΥΣΤΟΝΕΑΥΤΟ
ΙΣΑΜΕΝΙΙΣ¯
```

[Γ. Ἰ]ούλιον Γα[ίου υἱὸν] Σκάπλαν, φ[ητιᾶ|λιν?, τρι]ῶν ἀνδρῶ[ν χαλκοῦ | ἀργύρου] καὶ χρυσ[οῦ συγ|χων]ευσεως [καὶ χαρά|ξεως,] χ[ε]ιλίαρχον [λεγ. δω|δεκάτ]ης κερ[α]υν[οφόρου, τα|μίαν] Αὐτοκράτορος Κ[αίσα|ρος] Τίτου Αἰλίου Ἀδριαν[οῦ Ἀν|τωνεί]νου Σεβαστοῦ Εὐσε[βοῦς, | ἀπ]ο[δεδει]γ[μέ]νον ὑπ' αὐτ[οῦ, ἀγο|ρανόμ]ον Κύιντος Φά[βιος Δα|σού]μιος Θαλῆς Κ[υδαθη|ναιε]ὺς τὸν ἑαυτο[ῦ εὐεργέ|την ψηφ]ισαμέν[η]ς τ[ῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς].

De supplementis exposui in Ephemeride epigraphica l. l. (v. 11. 12 pro [ἀγορανόμ]ον etiam [δήμαρχ]ον suppleri potest), ibique demonstravi, hunc C. Iulium Scapulam filium esse videri C. Iulii C. f. Scapulae cos. suff. a. 138 p. Chr., cuius tituli Ancyrani duo sunt in C. I. G. 4022. 4023, et alius in Trachonitide repertus apud Mordtmannum Mus. Rhen. XXVII p. 149; ex quo titulo apparet, Scapulam patrem post praeturam proconsulem Achaiae fuisse, unde fortasse filii cum Athenis coniunctio repetenda est. Dasumius Thales Cydathenaeensis est in catalogo prytanum Pandionidis (v. ind.).

---

627 Basis parva marmoris Pentelici, inventa anno 1834 in arce meridiem versus a Parthenone. Inferior pars periit. Edidit Pittakis l'ancienne Athènes p. 330. Eph. 1007. Contulit Koehler.

```
ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΑΓΡΙΟΝϹΑΤΟΡΝΙNON
ΤΟΝΚΡΑΤΙϹΤΟΝ
ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑ
ΓΟΥΒΟΥΛΗΙΛΟ
```

Ἀγαθῇ τύχῃ. | Ἄγριον Σατορνῖνον | τὸν κράτιστον | ἡ ἐξ Ἀρείου πά|γου βουλὴ [κ]α[ὶ] ὁ [δῆμος] etc. Titulus Antoninorum aetate antiquior non videtur. Id probant praeter omissum praenomen, quod certe primum p. Chr. saeculum excludit, senatus populique nomina non in initio, sed in fine tituli honorarii scripta et vocabulum κράτιστος ad indicandam senatoriam dignitatem additum. Agrius nomen gentile Romanum esse (C. Agrius Varro r. r. 1, 2, 1. L. Agrius Cic. p. Flacc. 13, 31. P. Agrio C. I. Lat. V, 248. Agria II, 1209. 3503) vix est quod moneam.

628 Prope Pelasgicum se exscripsisse dicit Pittakis qui edidit l'ancienne Athènes p. 157.

```
. . . . . ΟΥΥΙΟΝ
. . . ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗ
. . ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑ . . . .
ΤΗΣΕΙΣΕΑΥΤΟΝ
```

Id solum intelligitur, hoc frustulum ad honores hominis alicuius Romani pertinere. Ceterum utrum v. 2 *ταμίαν* an *πρεσβευτὴν καὶ*] *ἀντιστράτη*[*γον*] supplendum, utrum, si hoc sumatur, legatus pr. pr. imperatoris an proconsulis significetur, obscurum est.

---

629 Fragmentum marmoris Pentelici ab omnibus partibus mutilum. In stoa Hadriani exscripsit Koehler.

```
ϽΝΤΟΥΣΕΙΤΗΡΕϽ
ϽΙΔΟΜΕΝΟΥΚΑΙΑΓ
ΓΑΜΙΑΝΚΥΠΡΟΥΚ
vac.        ΤΗΓΟΝ
```

[. . . ἔπαρχ]ον τοῦ σειτηρεσ[ίου τοῦ | δια]διδομένου, καὶ ἀγ[ορανόμον, | καὶ] ταμίαν Κύπρου κ[αὶ ἀντιστρά]|τηγον.

Cursus honorum a maioribus ad minores descendens ita, ut quaestura finem faciat neque recenseantur minores magistratus. Finem enim tituli esse v. 4 ex ea ratione patet, qua ultimae vocis [*ἀντιστρά*]*τηγον* litterae medio versui subscriptae sunt; qua ex re simul conici licet, quot litterae fere a dextra parte deperierint. Ἔπαρχον τοῦ σειτηρεσίου τοῦ διαδιδομένου supplere non dubitavi, quod id satis accurate respondet Latino *praefectus frumendi dandi*. Nam σιτηρέσιον de frumentationibus usurpatur etiam apud Plutarchum Caes. 8. Cato min. 26. Alibi est ἔπαρχος σείτου δόσεως (Lebas-Waddington 2811). Haec praefectura solebat quidem a praetoriis administrari (Mommsen Hermae IV p. 364), sed unum exemplum praefecti aedilicii iam Mommsenus adtulit (C. I. G. 5793), cui nunc accedit alterum. Particula copulativa, quae honoribus interponitur, etiam n. 623. 624 est.

---

630 Truncus marmoris a latere sinistro intactus, a reliquis mutilatus, a. 0,15, l. 0,25, cr. 0,16. In stoa Hadriani descripsit Koehler.

```
ϽΔΕΙ
ΔΕΝΜΥΣΙΑΚΑΙ
ϽΕΥΤΗΝΑΦΡΙΚ
ΑΣΚΑΙΑΝΤΙΣΤ
ΤΟΡΑΠ^Λ¯
```

Ad cursum honorum nobilis cuiusdam hominis Romani pertinere has reliquias patet, sed restitui non possunt. Intelligitur primum v. 1. 2 [*πρε*]*σβε*[*υτὴν λεγεῶνος*] $\overline{\delta}$ *ἐν Μυσίᾳ* supplendum esse. Nam neque quae ante EN conspiciuntur reliquiae ad aliam litteram atque Δ pertinere, neque ea littera hic aliud esse potest atque nota numeralis legionem indicans. Atque fuerunt quidem vel duae legiones *quartae*, quae in Moesia castra haberent. Primum enim quarta Scythica ibi fuit a Tiberio usque ad Neronem imperatorem; quo tempore ad bellum Arme-

niacum Corbuloni data ab eoque a. 63 p. Chr. in Syriam translata est, ibique mansit. Vespasianus vero ex novis quas constituit legionibus quartam Flaviam in Moesia superiore collocavit ibique etiam tum fuit cum Dio Cassius historiam conscripsit. — Deinde v. 3. 4 scriptum fuisse videtur [πρεσ]βευτὴν Ἀφρίκ[ης διοικήσεως Καρχηδονί]ας (vel [Ἱππων]ίας) καὶ ἀντιστ[ράτηγον]. Nam nonnunquam duos legatos proconsulis Africae fuisse, alterum Carthaginiensis, alterum Hipponensis dioecesis, id complures tituli testantur (Orelli-Henzen 6012. 6482). Ultimi versus reliquiae obscurae sunt. Cogitavi de [πραί]τορα πολε[ιτικόν] (*praetorem urbanum*). Nam πραίτωρ Latinum vocabulum, pro quo plerumque Graecum στρατηγός usurpatur, rarum quidem est in titulis Graecis, sed non plane inauditum (cf. titulum Boeoticum Eph. 2438 = 3078).

---

631 Basis marmoris Pentelici, a. 0,46, l. 0,82—87, cr. 0,485, inventa in theatro Bacchi. Edd. Rhusopulos Eph. nov. 166. Pervanoglu Bullett. dell' Instituto arch. 1862 p. 119. Kumanudis Phil. III p. 462 n. 2.

Η ΠΟΛΙΣ
ΤΙΒ·ΚΛ·ΚΑΛΛΙΠΠΙΑΝΟΝΙΤΑΛΙΚΟΝΥΠΑΤΟΝ
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝΚΑΙΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝΤΩΝ
ΣΕΒΑΣΤΩΝΛΟΓΙΣΤΗΝΚΑΙΕΠΑΝΟΡΘΩΤΗΝ
ΤΩΝΕΛΕΥΘΕΡΩΝΠΟΛΕΩΝ ΤΟΝΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Ἡ πόλις | Τιβ. Κλ. Καλλιππιανὸν Ἰταλικόν, ὕπατον, | πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον τῶν | Σεβαστῶν, λογιστὴν καὶ ἐπανορθωτὴν | τῶν ἐλευθέρων πόλεων, τὸν εὐεργέτην. Non potest hic ‘corrector liberarum civitatum’ ante M. Aurelii et L. Veri principatum munere functus esse; veri simillimum est eum ad Septimii Severi et filiorum tempora pertinere (cf. Eph. epigr. I p. 248).

---

632 Basis marmorea rotunda, quae olim alio loco posita postea in porticum Parthenonis translata est. In altera eiusdem lapidis parte inscriptus est titulus n. 635 aliquanto recentior. Edd. Spon. Itin. III P. II p. 17. Wheler Itin. p. 362 (Murat. T. II p. DLV. 2). Pocock. Inscr. ant. P. I c. 5 s. 4 p. 52. Chandler Inscr. II, 18 p. 52. Ex his exemplaribus et Fourmonti schedis ed. Boeckh C. I. G. 377. (O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 52 n. 70). Pittakis l'ancienne Athènes p. 284. Contulit Koehler. Partem priorem (v. 1—3) solam exhibet Pittakis l'ancienne Athènes p. 444.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗ
ΛΕΓΝΑΤ<ΟΥΙΚΤΟΡΑΛΟΛΛΙΑΝΟΝ
ΑΝΤΙΤΗΣΠΡΟΣΕΑΥΤΟΥΣΕΥΝΟΙΑΣ
ΤΗΣΤΕΚΗΔΕΜΟΝΙΑΣΤΩΝΑΘΗΝΩΝ
ΤΟΝΡΗΤΟΡΑ

Var. lect. Quae in superiore parte lineis traductis separavi non iam exstant. Primum versum adeo unus Sponius integrum exhibet. Altero Sponius et Whelerus ΑΡΕΙΟΠΑ, Fourmontus ΑΡΕΟΥΠΑ habet.

Ἀγαθῇ τύχῃ. | Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ | Λ. Ἐγνατ. Οὐίκτορα Λολλιανὸν | ἀντὶ τῆς πρὸς ἑαυτοὺς εὐνοίας | τῆς τε κηδεμονίας τῶν Ἀθηνῶν, | τὸν ῥήτορα.

Olim hunc titulum ad Lollianum sophistam cuius vitam scripsit Philostratus referebant homines docti. Sed illum potius P. Hordeonium Lollianum fuisse docet titulus n. 625. De Egnatiis Lollianis cf. quae exposuerunt Borghesi Opp. III p. 412. W. Henzen Annali dell' Inst. arch. 1866 p. 131 sqq. Atque Henzenus quidem distinxit duos homines: 1) L. Egnatius *Victor* Lollianus, consul ante annum 207 p. Chr., corrector Achaiae (C. I. G. 1624 vol. II p. 844), leg. pr. pr. Pannoniae a. 207 p. Chr. (Gruter 103, 6), sodalis Antoninianus a. 213 p. Chr.; 2) L. Egnatius Lollianus (Victoris nomen hic non gessit), proconsul Achaiae, proconsul Asiae, praefectus urbi a. 254 sqq. (Firmicus Matern. 2, 32). Ex aetatum ratione veri non dissimile est hunc illius filium fuisse. Atque ad maiorem natu ex his cur non liceat titulum nostrum referre non video. Nam κηδεμονία τῶν Ἀθηνῶν quae in eo praedicatur eum magistratum Romanum fuisse qui Achaiam (aut certe liberas civitates) administraret indicat; certe eadem vox n. 611 de Cn. Acerronio Proculo proconsule usurpatur. Neque obstat illud τὸν ῥήτορα, dummodo intellegamus hominem facundia insignem, non qui artem rhetoricam doceat.

---

633 Lapis inventus Eleusine. Edd. A. Conze et A. Michaëlis Bullettino dell' Instituto 1860 p. 182, adnotationes subiecit W. Henzen. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 300 n. 61.

ΩΝΜΕΓΙΣΤΩΝΚΑΙΘΕΙ
ΩΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ·Λ·ΣΕΠΤΙ
ΣΕΟΥΗΡΟΥΕΥΣΕΒΟΥΣΠΕΡ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΚΑΙ.Μ.ΑΥΡΗΛΙΟΥ
ΕΙΝ
ΟΥΚΑΙ.Π.ΣΕΠΤΙΜΙΟΥΓΕΤΑ
ΣΔΙΣΥΠΑΤΟΝΦΟΥΛΒΙΟΝ
//
ΗΠΟΛΙΣ

V. 7 consulto deletus est.

. . . . . .
[ἀναγκαῖον τ]ῶν μεγίστων καὶ θει-
[οτάτ]ων αὐτοκρατόρων Λ. Σεπτι-
[μίου] Σεουήρου Εὐσεβοῦς Περ-
[τίνακος] Σεβαστοῦ καὶ Μ. Αὐρηλίου
[Ἀντων]είνου καὶ Π. Σεπτιμίου Γέτα
[Καίσαρο]ς δὶς ὕπατον Φούλβιον
[Πλαυτιανὸν ἔπαρχον πραιτωρίου]
ἡ πόλις.

Supplementa Henzeni sunt, partim certa, partim admodum probabilia. Ad v. 1 adnotat, etiam in titulis Latinis saepe cognationis aut affinitatis cum domo Caesarum intercedentis significandae causa vocabulum *necessarius* adhiberi (Orelli-Henzen 934. 5498). Plautiani consulatus alter incidit in annum 203 p. Chr. (956 u. c.).

---

634 Fragmentum basis lapidis Pentelici, inventum a. 1852 in ecclesia Ὑπαπαντή. Ed. Pittakis Eph. 2500.

ΔΗΜΟΥΤ
ΝΚΛΠΡC
ΤΟΝΑΝΘ
ΙΟΙ/Σ

[Ψηφισαμένου | τοῦ] δήμου Τ[ιβέ|ριο]ν Κλ. Προ[κλεί|ανὸν] τὸν ἀνθ[ύπα-τ|ον εὐ]νοίας [ἕνεκεν].

Cognomen Προκλεϊάνου certum non est, sed eo spatium multo melius expletur quam illo quod Pittakis posuit Πρόκλον. Ceterum Tiberii Claudii nomina hunc hominem natione Graecum esse indicant; qua de causa post Antoninorum tempora positum titulum iudicaverim, cum tum demum frequentiora exempla eiusmodi hominum ad summos honores Romanos evectorum inveniantur.

635 In eiusdem lapidis, qui titulum n. 632 continet, parte aversa. Edd. Cyriac. p. X n. 73 Muratori T. II p. DLX. 1. Apian. p. CCCCLXXXIX. (Gruter. p. CCCCLXIV. 7.) Spon. Itin. T. III P. II p. 18. Wheler Itin. p. 362. (Meurs. Acrop. c. 5. Selden de Synedr. II p. 138. Vandal. Diss. p. 618 sqq. Corsin. F. A. T. I p. 380—384. Taylor ad Lysiam p. 766 Reisk.) Pocock. Inscr. ant. P. I c. 5 s. 4 p. 52. Chandler Inscr. P. II n. 19 p. 52. Boeckh C. I. G. 372. Pittakis l'ancienne Athènes p. 283. (O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 52 n. 70. Franz Elem. epigr. p. 267 n. 109), Exscripsit Koehler. (De altero ficticio eiusdem tituli exemplari v. Boeckh in C. I. G.)

ΙΑΘΙΙ
ΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝΑ . ΥΠΑΤΟΝ
ΤΗϹΕΛΛΑΔΟϹΡΟΥΦΙΟΝΦΗϹΤΟΝ
ΚΑΙΑΡΕΟΠΑΓΕΙΤΗΝΗΕΞΑΡΙΟΥ
ΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΚΑΙΗΒΟΥΛΗΤΩΝ
ΤΡΙΑΚΟϹΙΩΝΚΑΙΟΔΗΜΟϹΟΑΘΗ
ΝΑΙΩΝΕΥΝΟΙΑϹΕΝΕΚΑΚΛΙΕΥΕΡ
ΓΕϹΙΑϹΤΗϹΠΕΡΙΤΗΝΠΟΛΙΝΑΝΕ
ϹΤΗϹΕΝΠΡΟΝΟΙΑΦΛΑΒΙΟΥΠΟΜ
ΔΑΔΟΥΧΟΥΤΟΥΔΙΑϹΗΜΟΤΑΤΟΥΚΑΙ
ΛΤΟΚΟΜΙΤΩΝ

Var. lect. Primum versum Cyriacus omittit, Chandlerus solas litteras ΗΑΘΗΙ exhibet, Muratorius et Sponius ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ (Spon. cum iota adscripto). Nihil nisi quod nunc exstat illi omnes in lapide invenisse videntur.

[Ἀγ]αθῇ [τύχῃ]. | Τὸν λαμπρότατον ἀ[νθ]ύπατον | τῆς Ἑλλάδος Ῥούφιον Φῆστον | καὶ Ἀρεοπαγείτην ἡ ἐξ Ἀρίου | πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν | τριακοσίων καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθη|ναίων εὐνοίας ἕνεκα κ[α]ὶ εὐερ|γεσίας τῆς περὶ τὴν πόλιν ἀνέ|στησεν προνοίᾳ Φλαβίου Πομ(πηίου?) | Δαδούχου, τοῦ διασημοτάτου καὶ | ἀπὸ κομίτων. Quae in fine tituli ponuntur honorum nomina eum Constantino non esse antiquiorem probant. Boeckhius hunc proconsulem eundem esse vult cum Rufio Festo Avieno poëta, eique assentitur Teuffel Hist. Litt. Rom. § 420 ed. 3. Qui quo iure ex hoc titulo apparere dicat, proconsulatum Achaiae a Festo a. 372 p. Chr. administratum esse, non assequor: nam nullum omnino inest accuratius temporis indicium. Ad posteriorem quarti p. Chr. saeculi partem sane referendus est, quia Africae proconsulem Festum fuisse a. 366 p. Chr. constat. Sed Achaiam ante Africam potius quam post eam a Festo administratam esse putaverim.

636 Athenis in basi rotunda, quae sacram mensam in ecclesia S. Theodori prope monasterium Capucinorum sustinebat. Edd. Chandler Inscr. II, 48 p. 58. (Brunck. Anal. III p. 280 n. 210. Iacobs. Anthol. Pal. Append. Epigr. n. 128.) Adhibitis Fourmonti schedis ed. Boeckh C. I. G. 373.

ΑΡΧΟΝΕΜΕΘΕΟΔΩΡΟΝΑΧΑΩΝΕΙΚΟΝΙΤΗΔΕ
ϹΤΗϹΕΘΕΜΙϹΤΟΚΛΕΗϹΝΕΥΜΑΤΙΚΕΚΡΟΠΙΗΙϹ
ΑΡΧΟΝΟΡΑϹΘΕΟΔΩΡΟΝΟϹΕΥΔΙΚΙΗϹΑΓΑΝΗϹΙ
ϹΩϹΕΠΑΝΕΛΛΗΝΩΝϹΩΜΑΤΑΚΑΙΠΟΛΙΑϹ
ΤΟΥΝΕΚΑΜΙΝΚΑΤΑΑϹΤΥΘΕΜΙϹΤΟΚΛΕΗϹΑΝΕΘΗΚΕ
ΕΙΚΟΝΙΛΑΙΝΕΗΤΩϹΓΑΡΑΝΩΓΕΠΟΛΙϹ
ΕΥΧΟΜΕΝΟϹΜΕΤΕΠΙΤΑΘΕΩΓΕΝΝΗΤΟΡΙΠΑΝΤΩΝ
ΚΑΙΧΑΛΚΟΥϹΤΗϹΙΝΝΕΥΜΑΤΙΘΕΥΔΟϹΙΟΥ

V. 8 Fourmontus ϹΤΗΕΙΝ. In ceteris consentiunt Chandl. et Fourm., nisi quod hic priores versus paulo aliter digessit.

Ἄρχον ἐμὲ Θεόδωρον Ἀχα[ι]ῶν εἰκόνι τῇδε
στῆσε Θεμιστοκλέης νεύματι Κεκροπίης.
ἄρχὸν ὁρᾷς Θεόδωρον, ὃς εὐδικίης ἀγανῆσι
σῶσε Πανελλήνων σώματα καὶ πόλιας.
τούνεκά μιν κατὰ ἄστυ Θεμιστοκλέης ἀνέθηκε
εἰκόνι λαϊνέῃ· τὼς γὰρ ἄνωγε πόλις·
εὐχόμενος μετέπ(ε)ιτα θεῷ γεννήτορι πάντων
καὶ χαλκοῦ(ν) στήσ(ε)ιν νεύματι Θευδοσίου.

'Sub imperatore Theodosio I a. Chr. 380 Gothis Thessaliam et Epirum vastantibus honores meruit Achaeorum dux' Chandler. Idem a Troezeniis honoratur C. I. G. 1187.

637 In occidentali parte parietis occidentalis stoae Hadriani, non procul a porta, fere viginti pedibus supra planitiem antiquam. Ed. ex Fauvelii schedis Boissonade in Max. Planud. Metam. p. 653, ex alio eiusdem apographo Boeckh C. I. G. 373[b] (vol. I add. et corr. p. 911). Pittakis Eph. 560. Est etiam in L. Rossii schedis.

ΤΟΝΘΕϹΜΩΝΤΑΜΙΗΝΕΡΚΟΥΛΙΟΝΑΓΝΟΝΥΠΑΡΧΟΝ
ΠΛΟΥΤΑΡΧΟϹΜΥΘΩΝΤΑΜΙΗϹΕϹΤΗϹΕϹΟΦΙϹΤΗϹ

Τὸν Θεσμῶν ταμίην Ἐρκούλιον, ἁγνὸν ὕπαρχον,
Πλούταρχος μύθων ταμίης ἔστησε σοφιστής.

Vide adn. ad eum qui sequitur titulum.

638 Basis marmoris Pentelici, nunc in duas partes fracta (*a*, *b*); a. 1,04, l. 0,64, cr. 0,64. Edidit Rhusopulos Eph. nov. 432. Exstat ante stoam Hadriani. Exscripsit Koehler.

(*a*) (*b*)

Η
ΝΠΡΟΜΑΧΟΝΘΕϹΜΩΝϹ ϹΥΛΙΟ ΝΑΠΑϹΙΝ
ϹΖΟΜΕΝΟΝΘΩΚΩΝ ΥΟΘΕΝΑ ΤΑΤΩΝ
ΕΙΝϹΛΘΗΝΑΩΝΑΠΡΩΝΙΑΝΟϹϹΕϹΟΦ ΤΗϹ
ΤΗϹΕΠΑΡΑΠΡΟΜΑΧΩΙΠΑΛΛΑΔΙΚΕΚΡΟΠΙ

[Τὸ]ν πρόμαχον θεσμῶν [Ἑρκ]ούλιο[ν ἁγνὸ]ν (?) ἅπασιν
[ἑ]ζόμενον θώκων ὑψόθεν ἀ[κροτά]των
[κλ]εινὸς Ἀθηνάων Ἀπρωνιανός σε σοφ[ισ]τής
[σ]τῆσε παρὰ προμάχῳ Παλλάδι Κεκροπί[ης].

De Herculio exposuit Waddington apud Foucart ad Lebas Meg. et Pel. n. 60. Fuit is praefectus praetorio Illyrici a. 408—412 p. Chr.; pro ἔπαρχος πραιτωρίου et in nostro titulo n. 637 et in illo Megarico ὕπαρχος dicitur; quae vocabula etiam alibi confunduntur (cf. adn. ad n. 639). Quod duo sophistae eius statuas erigendas curaverunt, ex eo apparet eum illorum studiis favisse eosque adiuvisse (Wachsmuth Die Stadt Athen I p. 717).

---

639 Basis rotunda inventa in fundo Gasparii, cum domus ibi aedificaretur, anno 1869. Ed. Koehler Hermae IV p. 133.

//////// ΝΟΜΟΙ vac.
////////////
ΕΙΚΟΝΙΧΑΛΚΕΙΗΣΕΠΡΟΒΟΝ
ΤΟΝΥΠΑΡΧΟΝΑΘΗΝΑΙΣ
ΑΝΤΟΛΙΟΣΣΕΝΕΛΛΑΔΟΣΑΝΘΥΠΑΤΟΣ

Εἰκόνι χαλκείῃ σε Πρόβον | τὸν ὕπαρχον Ἀθήναις
Ἀντόλιος [στῆ]σεν Ἑλλάδος ἀνθύπατος.

Anatolium cos. a. 440 p. Chr. putat Koehler, coniectura non improbabili. Admodum recentis temporis titulum esse praeter alia ex nomine Ἑλλάδος (non Ἀχαΐας) ἀνθύπατος patet (cf. n. 635). Quis sit Probus ὕπαρχος, incertum quidem est, sed si comparaveris n. 637, verisimile videbitur etiam hic ὕπαρχον pro ἔπαρχον πραιτωρίου dictum esse.

---

640 Apud Gigantes. Exscripsit Koehler.

ΘΥΠΑΤΟΥ
ΝΗϹΙΝΕΓΕΙΡΑϹ
ΝΟΦΕΙΛΟΜΕΝΗΝ

V. 1 (exitus pentametri) .. [ἀν]θυπάτου, v. 2 ... νησιν ἐγείρας, v. 3 .... ν ὀφειλομένην. Ex his reliquiis apparere videtur, titulum similis argumenti fuisse atque n. 637. 638. 639.

---

641 Fragmentum tabulae marmoris Hymettii, inventum ad occidentalem partem Erechthei; exstat in Pinacotheca. Ed. Pittakis l'ancienne Athènes p. 288. Eph. 2083. Exscripsit Koehler.

ϽΥΥΙΟΝΜΑΙΚΙΛ
vacat

Pittakisii supplementum Μαικίλ[ιον] nullo modo ferri potest, nam hic, post patris nomen, gentile ponere non licet. Rectius aliquis de cognomine aliquo Μαικια[νόν] aut Μαικιλ[ιανόν] cogitaverit. Sed a dextera margo est, videturque totus titulus uno versu constitisse, ita ut in fine nihil omnino desideretur. Quare non dubito, quin τὸν δεῖνα .... ου υἱὸν Μαικίᾳ (*Maecia* sc. tribu) intellegendum sit. Eos qui cognomine carent saepe eius loco tribum apponere notum est.

CLASSIS QVARTA.

TITVLI MAGISTRATVVM ET SACERDOTVM ATTICORVM.

642 In basi marmoris Hymetti inventa in arce septentrionem versus a Parthenone. Ed. Pittakis Eph. 333, et iterum aliquanto plenius et accuratius 3599. Denuo descripsit Koehler.

ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ///ΟΥ
ΛΗΚΑΙΗΒΟΥΛΗΤΩΝΕΞΑ
ΚΟΣΙΩΝΚΑΙΟΔΗΜ
ΑΘΗΝΑΙΩΝ////////ΥΛ
ΝΟΡΑ//////////////////////////////////////
//

Post ΝΟΡΑ et quae in eodem versu scripta erant, et totus versus qui sequebatur erasus est. Post eum nihil amplius scriptum erat.

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου [β]ου-
λὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξα-
κοσίων καὶ ὁ δῆμ[ος ὁ]
Ἀθηναίων [Ἰο]ύλ[ιον Νικά]-
νορα [νέον Ὁμηρον καὶ]
[νέον Θεμιστοκλέα.]

Cf. adnotationem ad n. 1, ubi exposui aut ad Augusti aut, id quod minus verisimile est, ad Claudii aetatem hunc Nicanora referendum esse. Ceterum eum Athenis praetura functum esse apparet ex catalogo magistratuum, quem edam part. IX class. 1.

---

643 In ascensu ad arcem, in marmore candido. Ed. Clark. Itin. P. II S. II p. 474 (Boeckh C. I. G. 417. Pittakis l'ancienne Athènes p. 228).

ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥ
ΛΗΤΩΝΕΞΑΚΟΣΙΩΝΚΑΙ
ΙΟΥΛΙΟΝΝΙΚΑΝΟΡΑ . . .

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βου[λὴ καὶ ἡ βου]-
λὴ τῶν ἑξακοσίων καὶ [ὁ δῆμος]
Ἰούλιον Νικάνορα . . . .

Cf. adn. ad n. 642.

---

644 Basis lapidis Pentelici, a. 0,15, l. 0,50, cr. 0,30. Inventa in meridionali parte Piraeei 'εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Κ. Κοκκίδου, ἐν τῇ Ὑδραϊκῇ συνοικίᾳ'. Ed. Pittakis Eph. 3454.

ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΚΑΙΗΒΟΥΛΗΤ
ΚΑΙΟΔΗΜΟΣΟΑΘΗΝΑΙΩΝΙΟΥΛΙΟΝΝΙΚΑ
ΝΕΟΝΟΜΗΡΟΝΚΑΙΝΕΟΝΘΕΜΙΣΤΟΚΛ

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τ[ῶν Χ] | καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθη-
ναίων Ἰούλιον Νικά[νορα] | νέον Ὁμηρον καὶ νέον Θεμιστοκλ[έα]. Cf. adn.
ad n. 642.

645 Columna marmorea inventa ubi *βουλευτήριον* fuisse putabatur. Edd. Eustratiadis Ἐπιγραφαὶ ἀνέκδοτοι φυλλ. 2. 1852 p. 6. C. Bursian Bullettino dell' Instituto 1855 p. XXX. Exscripsit Koehler.

Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΞΕΝΟΚΛΗΝ ΘΕΟΠΟΜΠΟΥ
ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΝ ΕΙΣΗΓΗΤΗΝ
ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ ΤΟΥ ΣΙΤΩΝΙΚΟΥ
ΤΑΜΙΕΙΟΥ ΚΑΙ ΣΙΤΩΝΗΣΑΝΤΑ
ΔΙΣ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΕΠΙ ΤΟΥΣ
ΟΠΛΕΙΤΑΣ ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ
ΤΕΤΡΑΚΙΣ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΑ
ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΕΙΣ ΕΑΤΟΥΣ

I. e. Ἡ *βουλὴ καὶ ὁ δῆμος* | Ξενοκλῆν Θεοπόμπου | Ῥαμνούσιον, *εἰσ-
ηγητὴν* | *γενόμενον τοῦ σιτωνικοῦ* | *ταμιείου καὶ σιτωνήσαντα* | *δὶς καὶ
στρατηγὸν ἐπὶ τοὺς* | *ὁπλείτας γενόμενον* | *τετράκις, ἀρετῆς ἕνεκα* | *καὶ
εὐνοίας τῆς εἰς ἑατούς.*

Ab initio imperii Augusti non magno temporis spatio abesse videtur tituli origo. Nam cum n. 646 *ταμίαι τῶν σιτωνικῶν* sint Apolexide archonte, quem paulo post initium aerae Christianae munere functum supra docui (adn. ad n. 106), eo anno hunc titulum Xenoclis, qui aerarium sitonicum lege ad populum lata condidisse dicitur (id enim est *εἰσ-
ηγητὴν γενόμενον*, quod Bursianus non recte interpretatus est), antiquiorem esse apparet. Sed non multo antiquiorem esse scriptura quae est *ὁπλείτας* indicare videtur. Etiam *ἑατούς* forma inprimis Augusti aetate frequentata esse videtur (n. 552. 575. 576. Etiam n. 550 fortasse ab initio simpliciter *ἑατόν* scriptum fuit, quod deinde correctum est, nam litterae ligatae ab illo tempore alienae sunt). Etiam iteratio praeturae Atticae primis imperatorum Romanorum temporibus frequentior fuisse videtur, quam ulla alia aetate. Videtur igitur hic Xenocles Theopompi f. Rhamnusius diversus esse ab illo Xenocle Rhamnusio, qui recensetur in laterculo magistratuum et sacerdotum multo ante imperatorum Romanorum aetatem composito (cf. indicem vol. II); sed ex eadem familia ille fuisse videtur non minus quam Xenocles Theocharis f. Rhamnusius ephebus Antonini Pii aetate (v. indicem).

---

646 In arce se invenisse dicit Pittakis, qui edidit l'ancienne Athènes p. 324.

ΚΗΦΙΣΙΕΑ
ΑΙΑΝΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ
ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΠΑΛΛΗΝΕΑ
ΤΟΥΣ ΤΑΜΙΑΣ ΤΩΝ ΣΙΤΩΝΙΚΩΝ
. ΗΣΙΔΟΣ ΕΞ ΟΙΟΥ
ΔΗΜΕΟΥ

I. e. [Ὁ δῆμος τὸν δεῖνα] Κηφισιέα, [τὸν ταμ]ίαν τῆς βουλῆς, [καὶ τὸν
δεῖνα] Φιλοστράτου Παλληνέα [καὶ τὸν δεῖνα,] τοὺς ταμίας τῶν σιτωνικῶν
[ἐπὶ Ἀπολ]ή[ξ]ιδος ἐξ Οἴου [ἄρχοντος, ἐπιμεληθέντος (?)] Δημέου. Cf. adn.
ad n. 645.

647 Eleusine in domo privata, in ara. Edd. Pittakis Eph. 2569. Bursian Bullettino dell' Instituto 1855 p. XXII. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 244 n. 43. Exscripsit Velsen.

ΤΟΝΑΡΧΙΕΡΕΑΤΙΒΕΡΙΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΚΑΙΙΕΡΕΑΠΑΤΡΩΟΥ
ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ
ΠΟΛΥΧΑΡΜΟΝΕΥΚΛΕ
ΟΥΣΜΑΡΑΘΩΝΙΟΝΕΙ
ΜΕΡΤΟΣΠΟΛΥΧΑΡΜΟΥ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣΤΟΝΕΑΥ
ΤΟΥΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΕΠΙΙΕΡΕΙΑΣΚΛΕΟΥΣ
ΤΗΣΕΥΚΛΕΟΥΣ
ΦΛΥΕΩΣΘΥΓΑΤΡΟΣ

Τὸν ἀρχιερέα Τιβερίου | Καίσαρος Σεβαστοῦ | καὶ ἱερέα πατρῴου | Ἀπόλλωνος | Πολύχαρμον Εὐκλέ|ους Μαραθώνιον Εἴ|μερτος Πολυχάρμου | Μαραθώνιος τὸν ἑαυ|τοῦ εὐεργέτην· | ἐπὶ ἱερείας Κλεοῦς | τῆς Εὐκλέους | Φλυέως θυγατρός. Cf. n. 482. Polycharmus Euclis f. Marathonius κῆρυξ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς est infra in catalogo magistratuum (part. IX class. 1).

---

648 Basis inventa Acrocorinthi, quo Athenis aliquando delata est. Edd. Expédition de Morée t. III pl. 79. Lebas Megaride et Peloponnèse 88, secundum tria diversa apographa (*a b c*). Posteriorem partem inde a v. 9 accuratius edidit Pittakis Eph. 2647.

ΟΙΠΡΥ
ΤΛΗΕΙΣ
ΤΟΝΤ/ΜΙ
ΝΤΗΣΦΥΛ
ΗΣΔΗΜΗ
ΤΙΙΟΝΕΞ
ΟΙΟΥ[E]Μ
Τ.ΝΕΙΣΤΟΝΚΗΡΥΚ/
ΤΗΣ
ΒΟΥΛΗΣ
ΚΑΙΤΟΥΔΗ
ΜΟΥΚΑΛ
ΛΙΚΡΑΤΙ
ΔΗΝΤΡΙ
ΚΟΡΥΣΙ
ΟΝ

Var. lect. V. 1—7 apographum *c* secutus sum; v. 4 ultimum Λ ex *b* addidi; v. 5 primum Η ex *a b* (Π *c*); v. 6 init. ΤΗ *b c*, ΤΙΙ *a*; v. 7 extr. [F]Μ *a*, ΛΕΛ *b*, [E]Μ *c*; fortasse [E]Ν in lapide est. V. 8 *a* ΝΕΙΣΤΟΝΚΗΡΥΙ/, *b* ....Τ..ΤΝΙΕΙΣΙΣΤΟΝΚΗΡΥΖ, *c* ΙΛ Μ ΝΕΙΓ ΤΟΝΚΗΡΥΚΗ. Nihil recepi quod non in uno ex illis tribus exemplaribus sit. V. 9—16 ex Ephemeride expressi Lebasii exemplaribus multo deterioribus neglectis; ex his tamen recepi litterarum formas et versuum dispositionem, in quibus accuratissime inter se consentiunt. Pittakis non plus quam quattuor versus habet hunc in modum: ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ | ΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥ | ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΙΔΗΝ | ΤΡΙΚΟΡΥΣΙΟΝ.

Οἱ πρυτάνεις τὸν ταμίαν τῆς φυλῆς Δημήτριον ἐξ Οἴου μέ(σου).
[Οἱ πρυ]τ[ά]νεις τὸν κήρυκα τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου Καλλικρατίδην Τρικορύσιον.

Prytanes Leontidis esse videntur, nam ταμίαν τῆς φυλῆς ex ipsa tribu creatum fuisse consentaneum est. Callicratides Syndromi f. Tricorysius κῆρυξ βουλῆς καὶ δήμου subscriptus est catalogo prytanum Erechtheidis (part. IX class. 2), quem ad Augusti aetatem referendum esse infra demonstrabo.

---

649 Columna rotunda lapidis Hymettii, Eleusine e regione ecclesiae S. Georgii. Ed. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 68 n. 24.

ΟΔΗΜΟΣΚΑΙΗΒΟΥΛΗ
ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΚΑΙ
ΗΒΟΥΛΗΤΩΝΕΞΑΚΟΣΙΩΝ
ΤΟΝΕΠΙΤΟΥΣΟΠΛΕΙΤΑΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΝΚΑΛΛΙΚΡΑΤΙΔΗΝ
ΣΥΝΔΡΟΜΟΥΤΡΙΚΟΡΥΣΙΟΝ
ΠΡΟΝΟΗΘΕΝΤΑΤΟ////////////////ΤΗΝ
ΠΑΝΗΓΥΡΙΝΚΟΣ////////////////////

I. e. Ὁ δῆμος καὶ ἡ βουλὴ | ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου καὶ | ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων | τὸν ἐπὶ τοὺς ὁπλείτας | στρατηγὸν Καλλικρατίδην | Συνδρόμου Τρικορύσιον, | προνοηθέντα το[ῦ περὶ] τὴν | πανήγυριν κό[σμου ... Lenormanti supplementa absurda sunt. Πανήγυρις, cum titulus Eleusine inventus sit, de Eleusiniis videtur accipiendum esse. Infra n. 663 habes Flavium Dorotheum στρατηγὸν ἐπὶ τὰ ὅπλα eundemque ἀγωνοθέτην τῶν μεγάλων Ἐλευσινίων. Praeterea cf. adn. ad n. 648.

---

650 In tabula marmoris Pentelici infra intacta, a ceteris partibus mutila, a. 0,36, l. 0,155, cr. 0,10. 'Titulus recentiore aetate negligenter scriptus' Koehler. Inventus lapis in orientali arcis parte, est in gradibus Parthenonis. Ed. Pittakis Eph. 1968. Denuo descripsit Koehler.

ΟΙΠΡΥΤΑΝΕΙΣΤΟΝ
(vac.) ΜΙΑΝΤΗΣ
ϽΥ ΒΟΥΛΗΣΧΑ
ΛΛΙ ΡΙΔΗΜΟΝΗΡΟ
ΞΥΝ ΔΙΚΟΥΕΠΙΚΗ
ΡΙΚΟ ΦΙΣΙΟΝ

ΟΙΠΡΥΤΑΝΕΙΣ

⁻ΟΝ⁻/// ΛΕΠΑΥΙ////
ΜΙΑΝΤΗΣ ΕΠΙΤΙ////
ΙΕΡΑΣΤΑΞΕ ΔΑΦΙ////
ΩΣΑΛΕΞΑΝ ΝΟΣ/
ΔΡΟΝΕΥΠΥ
ΡΙΔΗΝ

V. 9—13 columnae prioris et ab initio et a fine vacuum spatium est.

[Οἱ πρυτάνεις | τὸν κήρυκα τῆς | βουλῆς καὶ τ]οῦ | [δήμου Κα]λλι[κρατίδην] Συν|[δρόμου Τ]ρικο|[ρύσιον].

Οἱ πρυτάνεις τὸν [τα]|μίαν τῆς βουλῆς Χα|ριδήμου Ἡρο|δίκου Ἐπικη|φίσιον.

Οἱ πρυτάνεις | τὸν [τα]|μίαν τῆς | ἱερᾶς τάξε|ως Ἀλέξαν|δρον Εὐπυ|ρίδην.

V. 8—11 a dextra quae supersunt intelligi non possunt. Callicratidae titulum supplevit Kirchhoff (cf. n. 648. 649). Catalogus epheborum Traiano imperatore, archonte Pantaeno compositus (part. IX class. 3) habet quidem Alexandrum quendam Eupyridam, sed tam recentis temporis hic titulus esse non videtur.

651 Marmor Pentelicum, septentrionem versus ab Erechtheo. Exscripsit Koehler.

//
ΤΡΑΤΗΓΟΝΤΟΕΒΔΟΜΟΝΜΑΡΚΟΣΠΟΡΚΙΟΣΜΛ
//IVSMF//

I. e. [Τὸν δεῖνα σ]τρατηγὸν τὸ ἕβδομον Μᾶρκος Πόρκιος Μά[ρκου υἱὸς Κά-των(?)]. Deinde eadem sequebantur Latino sermone, cuius tituli nihil superest nisi [*M. Porc*]*ius M*(*arci*) *f*(*ilius*). Eum qui honoratur non praetorem Romanum, sed Atticum esse patet. Fortasse ob eam ipsam causam Graecus titulus Latino praeponitur; ubi homines Romani a Graecis honore statuae afficiuntur, Latina antecedunt (vide supra n. 464. 578. 595). Tam frequens muneris τοῦ ἐπὶ τὰ ὅπλα στρατηγοῦ iteratio inprimis in tempora imperatorum Iuliorum et Claudiorum cadere videtur (cf. n. 158. 456. 645. 652. 653). M. Porcius M. f. Cato consul suffectus fuit Tiberio imperatore anno incerto, deinde curator aquarum a. 38 p. Chr., quo anno damnatus esse videtur (Nipperdey ad Tac. ann. IV, 71). Quare septem anni, per quos identidem is qui honoratur praetor creatus est, in extrema Tiberii tempora incidere videntur. Deinde in eundem locum dignitatis successit Dionysodorus Suniensis (n. 456) per primos Claudii annos, deinde (n. 458) alius quidam Besaeensis, quem excepit Novius Philini f., qui annis 54—61 aut etiam postea eo munere functus videtur; recentior etiam, si in nomine supplendo non erravi, Aeolio Antipatri f. Phlyensis est (n. 653), qui item septem annos aut amplius in munere fuit. Contra ea altero p. Chr. saeculo nullum quod meminerim exemplum est hominis qui plus quam bis (T. Coponius Maximus n. 2) eo munere functus sit.

---

652 In basi marmoris Hymettii inventa, ut Pittakis refert, a. 1860 prope Erechtheum, ubi nunc etiam est. Edd. Pittakis Eph. 3724 (Boeckh C. I. G. 381? vide infra). Hirschfeld Tituli statuariorum p. 144 n. 5. Denuo contulit Koehler.

/////ΞΛΙΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΚΑ////
ΒΟΥΛΗΤΩΝΕΞΑΚΟΣΙΩΝ
ΚΑΙΟΔΗΜΟΣΤΙΒΕΡΙΟΝΚΛΑΥ
ΔΙΟΝΝΟΥΙΟΝΦΙΛΕΙΝΟΥΥΙΟΝ
ΤΟΝΕΠΙΤΟΥΣΟΠΛΕΙΤΑΣΣΤΡ/
ΤΗΓΟΝΤΟ Δ ΚΑΙΙΕΡΕΑΔΗΛΙΟ\
ΑΠΟΛΛΩΝΟΣΔΙΑΒΙΟΥΚΑΙΑΓΩΝΟΘΕ
ΤΗΝΤΩΝΜΕΓΑΛΩΝΠΑΝΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΣΕΒΑΣΤΩΝΚΑΙΚΑΙΣΑΡΗΩΝΣΕ
ΒΑΣΤΩΝΚΑΙΑΡΧΙΕΡΕΑΑΝΤΩΝΙΑΣ
ΣΕΒΑΣΤΗΣΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΑΚΑΙ
ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ

ΕΠΙΙΕΡΕΙΑΣΙΟΥΝΙΑΣΜΕΓΙΣΤΗΣ
ΤΗΣΖΗ/////////////Σ//////////////////Ϲ
ΕΠΑΓΑΘΟΣΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΥ

Boeckhius C. I. G. 381 ex Cyriaci (p. XIII n. 94) et Muratorii (T. II p. DLI. 1) apographis titulum dat plane consentientem cum hoc, praeterquam quod ultimi tres versus omissi sunt, quintus vero sextusque hunc in modum mutilati atque in unum contracti:

ΤΟΝΕΠΙΙΕΡΕΑΔΗΛΙΟΥ etc.

Praeterea versuum distinctiones Cyr. et Mur. et ab hoc titulo et inter se diversas habent. Qua in re mihi plane veri similis videtur R. Neubaueri sententia (Hermae vol. IV p. 416 sqq.), qui haec omnia eiusdem lapidis apographa esse vult. (Boeckhii exemplum ut solet expressit Lebas Attique 335.)

[Ἡ ἓ]ξ [Ἀ]ρείου πάγου βουλὴ κα[ὶ ἡ] | βουλὴ τῶν ἑξακοσίων | καὶ ὁ δῆμος Τιβέριον Κλαυ|διον Νούιον, Φιλείνου υἱόν, | τὸν ἐπὶ τοὺς ὁπλείτας στρα|τηγὸν τὸ δ′ καὶ ἱερέα Δηλίου | Ἀπόλλωνος διὰ βίου καὶ ἀγωνοθέ|την τῶν μεγάλων Παναθηναίων | Σεβαστῶν καὶ Καισαρήων Σε|βαστῶν καὶ ἀρχιε-ρέα Ἀντωνίας | Σεβαστῆς, φιλοκαίσαρα καὶ | φιλόπατριν, ἀρετῆς ἕνεκεν. — Ἐπὶ ἱερείας Ἰουνίας Μεγίστης | τῆς Ζή[νωνος] Σ[ουνιέω]ς. — Ἐπάγαθος Ἀριστοδήμου [ἐποίει]. Titulus est aut anni 57 p. Chr. aut paucis annis antiquior; nam 61 p. Chr. Novius praetor octavum fuit (v. indicem).

---

653 Fragmentum basis rotundae marmoris Hymettii. Apographum Finlayi est inter schedas Boeckhianas.

ΑΤΡΟΥΦΛΥΕΑ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΝΤΟΕΒΔΟΜ
ΟΚΛΟΣΑΡΕΤΗ

[Αἰολίωνα Ἀντιπ]άτρου Φλυέα [τὸν | ἐπὶ τὰ ὅπλα] στρατηγὸν τὸ ἕβδο-[μον | ..... Πρ]όκλος ἀρετῆ[ς ἕνεκα]. Supplevi ex titulo ephebico Metrodoro archonte, Ti. Claudio imperatore composito; etsi certum non esse nominis supplementum concedo, tamen summa in eo est probabilitas: primum enim tam frequens eiusdem muneris repetitio Neronis aetati vel maxime convenit (cf. n. 652), deinde in illo epheborum catalogo Aeolio et duo alii ephebi patrum et pagorum nominibus adiectis ceterorum gregi, qui solis nominibus notati sunt, praemittitur, qua ex re eum inter nobilissimos fuisse merito conieceris, denique huic coniecturae haud leve momentum inde accedit, quod Sallustianum Aeolionis f. Phlyensem ad archontis eponymi honorem pervenisse testatur titulus n. 692.

---

654 Athenis; ex schedis Fourmonti ed. Boeckh C. I. G. 416. Periisse videtur.

.ΗΚΛΙΟΔΗΜΟΣ
..ΑΡΙΣΤΟΝΙΚΟΥΦΛΥΕΑ
ΑΝΤΑΣΤΡΑΤΙΩΤΙΚΩΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΚΑΙΣΑΡΙ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΩΣΕΒΑΣΤΩΙ
ΑΝΕ..ΤΩΙ..ΩΝΣΕΒΑ
ΣΤΩΝ

[Ἡ βουλ]ὴ κ[α]ὶ ὁ δῆμος
[τὸν δεῖνα] Ἀριστονίκου Φλυέα
[ταμιεύσ]αντα στρατιωτικῶν
[τῷ μεγίστῳ] Αὐτοκράτορι Καίσαρι
[Δομετιανῷ] Γερμανικῷ Σεβαστῷ
[ἀνέθηκ]αν ἔ[ν] τῷ [ναῷ τ]ῶν Σεβα-στῶν.

Boeckhius praeter v. 1. 3 nihil suppleverat. Quis esset Imperator in tanta eorum qui Germanici cognomen gessissent multitudine ambiguum esse; videri aut de Tiberio aut de Claudio cogitandum esse. At Tiberius Germanici nomine non est usus, a Claudio vero aliena sunt illa Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ ceteris nominibus praemissa; in eo potius legitimus nominum ordo est *Ti. Claudius Caesar Augustus Germanicus, imperator* sqq., qui etiam in titulis Atticis semper observatur (n. 385. 386. 456. 457. 458. 612. 613. 615. Ex altera parte si Traianus aut aliquis ex recentioribus designaretur, cognomini Germanici etiam alia eiusdem generis adiungerentur. Domitiani vero plane eadem quae hic habemus nomina sunt in titulo ephebico eo anno quo is Athenis archon fuit composito (v. indicem). Ultimi versus supplementa certa esse mihi videntur; nam quod Fourmonti diligentiam in lacunarum spatiis indicandis non nimiam fuisse sumpsi, vix nimis audax videbor.

655 In arce; exscripsit Koehler.

ΛΗΤΩΝ
ΩΝΥΜΟΙ
ΤΕΡΑΤΗ
ΠΡΟΝΟΙΑΣ
ΟΣΛΙΑΡΙΟΥ

[Ἡ βουλ]ὴ τῶν Χ [τὸν δεῖνα, | τὸν ἐπ]ώνυμον [ἄρχοντα, | τὸν πα]τέρα τῆ[ς ἱερείας (sive κανηφόρου, ἀρρηφόρου sim.) | ...] προνοίας [ἕνεκα ἐπὶ | ἱερέ]ως διὰ βίου [τοῦ δεῖνος]. V. 1 extr. de littera Χ dubitari non potest; titulus igitur anno 126 p. Chr. antiquior est.

---

656 Basis marmoris Pentelici inaedificata in ecclesia Παναγίας πυργιωτίσσης. Ed. Pittakis Eph. 4008. (C. Keil Mus. Rhen. XVIII p. 65. R. Neubauer Comm. epigr. p. 19. G. Hirschfeld Hermae VII p. 52 n. 1). Cum lapide contulit Koehler.

ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ
ΒΟΥΛΗΚΑΙΗΒΟΥΛΗ
ΤΩΝ$\overline{\text{Χ}}$ΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΤΟΝΕΠΩΝΥΜΟΝ
ΑΡΧΟΝΤΑΚΑΙΙΕΡΕΑ
ΔΡΟΥΣΟΥΥΠΑΤΟΥ
$\overline{\text{ΤΙ}}$ΦΛΑ$\overline{\text{ΤΙ}}$ΦΛΑΟΥΙΟΥ
ΛΕΩΣΘΕΝΟΥΣΥΙΟΝ
////ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΝΠΑΙΑΝΙΕΑ
////$\overline{\text{Τ}}$ΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙ
////ΣΕΙΣΤΗΝΠΑΤΡΙΔΑ
ΕΥΝΟΙΑΣ

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου | βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ | τῶν χ′ καὶ ὁ δῆμος | τὸν πώνυμον | ἄρχοντα καὶ ἱερέα | Δρούσου ὑπάτου | Τι. Φλα. Τι. Φλαουίου | Λεωσθένους υἱὸν | [Ἀλ]κιβιάδην Παιανιέα | [ἀρε]τῆς ἕνεκεν καὶ | [τῆς] εἰς τὴν πατρίδα | εὐνοίας.

De hoc titulo atque eis qui sequuntur n. 657—659 optime exposuit Hirschfeld Herm. VII p. 52 sqq., atque ex eis coniunctis cum Vitelliae Isidorae et Flaviae Philae titulis qui edentur infra (part. VIII class. 9) hoc stemma confecit:

T. Flavius Leosthenes

T. Flavius Alcibiades archon ep. (n. 656. 657) — Vitellia Isidora

T. Flavius Leosthenes (strategus et gymnasiarchus n. 658)	T. Flavius Alcibiades (strategus, gymnasiarchus, archon eponymus n. 659)	Flavia Phila — C. Domitius Aristodemianus Chollida.

Tempus eo definitur, quod Alcibiades maior a senatu *sexcentorum* honoratur, ita ut non post 126 p. Chr. munere archontis functum esse appareat. Alcibiades minor autem archon est in catalogo ephebico quarto loco scripto paedotribae anno composito (part. IX class. 3), qui annus est inter a. 138 et 145 p. Chr. (Hermae VII p. 224).

657 Basis marmoris Hymettii, a. 1,00, l. 0,545, cr. 0,545, litterae altae 0,025. Ed. Ἐφημερὶς τῶν Φιλομαθῶν 14 Ian. 1865 (?). Hirschfeld Hermae vol. VII p. 53 n. 2.

ΤΙΦΛΑΟΥΙΟΝΛΕΩΣΘΕ
ΝΟΥΣΥΙΟΝΑΛΚΙΒΙΑΔΗΝ
ΠΑΙΑΝΙΕΑΑΡΕΤΗΣΕΝΕ
ΚΕΝΚΑΙΤΗΣΕΙΣΤΗΝΠΑ
ΤΡΙΔΑΕΥΝΟΙΑΣ

Τι. Φλάουιον Λεωσθέ|νους υἱὸν Ἀλκιβιάδην Παιανιέα ἀρετῆς ἕνε|κεν κ[α]ὶ τῆς εἰς τὴν πα|τρίδα εὐνοίας. Cf. adn. ad n. 656.

---

658 Basis marmoris Hymettii, a. 1,00, l. 0,538, cr. 0,472, litterae altae 0,026—0,027. Inventus lapis vere a. 1871. Ed. Hirschfeld Hermae vol. VII p. 53 n. 4.

ΤΟΝΕΠΙΤΟΥΣΟΠΛΙΤΑΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΝΚΑΙΓΥΜΝΑ
ΣΙΑΡΧΟΝΤΙΦΛΑΟΥΙΟΝ
ΛΕΩΣΘΕΝΗΝΦΛΑΟΥΙΟΥ
ΑΛΚΙΒΙΑΔΟΥΥΙΟΝΑΡΕΤΗΣ
ΕΝΕΚΕΝ

Τὸν ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας | στρατηγὸν καὶ γυμνα|σίαρχον Τι. Φλάουιον | Λεωσθένην Φλαουίου | Ἀλκιβιάδου υἱὸν ἀρετῆς | ἕνεκεν. Cf. adn. ad n. 656.

---

659 Basis marmoris Hymettii, a. 1,03, l. 0,545, cr. 0,48; litterae altae 0,02. Ed. Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 14 Ian. 1865. Hirschfeld Hermae vol. VII p. 53 sq. n. 5

////ΑΙΟΔΗΜΟΣ//_
////ΛΘΗΝΑΙΩΝΤΟΝ
////ΠΙ///ΟΥΣΟΠΛΙΤΑΣΣΤΡΑΤΗ
///ΟΝΚΑΙΓΥΜΝΑ$\overline{\text{Σ}}$ΙΑΡΧΟΝ
/Κ//////ΑΡΞΑΝΤΑΤΗΝΕΠΩΝΥ
///ΙΟΝ///ΡΧΗΝΚΑΙΙΕΡΕΑΝΙΚΗ///
$\overline{\text{Σ}}$Ι/////////ΚΡΟΠΟ///ΕΩΣΤΙΤΟΝ
//ΛΟΥΙΟΝΤ///ΤΟΥΦΛΑΟΥΙ
/ΟΥ/////ΚΙΒΙΑ/////ΟΥΥΙΟΝ
ΑΛ///////ΙΑΔΗΝΠΑΙΑΝΙΕΑ
ΑΡΕ/////ΙΣΕΝΕΚΕΝ

[Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν Φ κ]αὶ ὁ δῆμος | [ὁ] Ἀθηναίων τὸν | [ἐ]πὶ [τ]οὺς ὁπλίτας στρατη|[γ]ὸν καὶ γυμνασίαρχον | κ[αὶ] ἄρξαντα τὴν ἐπώνυ|μον [ἀ]ρχὴν καὶ ἱερέα Νίκη[ς | τῆς ἐξ ἀ]κροπό[λ]εως Τί|τον | [Φ]λ[α]ουιον Τ[ί]του Φλαουί|ου [Ἀλ]κιβιά[δ]ου υἱὸν | Ἀλ[κιβ]ιάδην Παιανιέα | ἀρε[τῆ]ς ἕνεκεν.

Supplementa Hirschfeldii sunt, nisi quod is v. 7 supplevit ἱερέα Νίκη[ς τῆς Ἀ]κροπόλεως, quod mihi inusitatius dictum videtur. Praeterea cf. adn. ad n. 656.

---

660 'In basi magna marmorea Eleusine ad templum Cereris, super anaglypho pompam mysticam repraesentante; haec basis videtur olim statuam muliebrem colosseam sustinuisse, cuius truncus prope adiacebat, secundum Sponium quinquaginta fere passibus a basi'. Edd. Spon. Itin. T. II p. 283. Wheler Itin. p. 429. (Boeckh C. I. G. 389. Lebas Attique 319. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 171).

ΟΥ
Ν ΝΙΓΡΕΙΝΟΣ
ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ

I. e. Νού(μμιος) Νιγρεῖνος ἱεροκῆρυξ. Quum in aliis titulis modo Nigrinus, modo nomine Graeco omisso Nummius hieroceryx (ut Iulius hierophantes, Claudii Pompeii Aelii Fabii daduchi) recenseatur, de huius tituli supplemento dubitari eo minus licet, quia quae Boeckhius proposuit supplementa (Νουμέριος aut Νουμήνιος) etiam aliis de causis admitti nequeunt. Aetas Nummii Nigrini hierocerycis eo definitur, quod filia eius Nummia Bassa nupsit Aelio Praxagorae daducho, quem fere inter annos 110 et 120 natum esse demonstrabo (ad n. 676). Quare Nigrinum aequalem fere Herodis Attici aut paucis annis maiorem, natum extremis primi p. Chr. saeculi annis putaverim. Gargettium eum fuisse apparet ex titulis neptis eius, quos edam part. VIII class. 9.

---

661 In basi marmoris Hymettii; deest angulus dexter superior. 'Εὑρέθη ἐντὸς τοῦ γυμνασίου τοῦ Πτολεμαίου', extat ante stoam Hadriani. Ed. Pittakis Eph. 3327. 3328 ('*quos duos fecit Pitt. titulos, unus est*' Koehler). Denuo descripsit Koehler.

in cymatio //////Ε ΣΕ ΙΛΗΚΑΙΙ

ϽΔΗΜΟΣΤΟΝΙΕΡΕΑΔΗΜΟΥΚΑΙΧΑ
ΘΕΤΗΝΤΩΝΜΕΓΑΛΩΝΚΑΙΣΑΡΗΩΝ
ΜΑΞΙΜΟΝΑΓΝΟΥΣΙΟΝΔΙΑΛΟΧΟΝΣΤΩ
ΚΗΡΥΚΑΣ//////////////////////////ΤΚΩΠΩΝΙΟΥΜΑΞΙΙ..
//////ΝΟΥΣΙΟΥΥΙΟΝΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑΕΠΙΜΕΛΗ
ΘΕΝΤΟΣΕΡΜΑΙΟΥ)ΚΟΛΩΝΗΘΕΝ

Ο
ΗΠΛΙΣ

[Ἥ τ]ε σε[μνοτάτη Ἀρεοπαγειτῶν βου]λὴ καὶ ἡ [βουλὴ τῶν Χ καὶ]
ὁ δῆμος τὸν ἱερέα δήμου καὶ Χα[ρίτων καὶ ἀγωνο]-
θέτην τῶν μεγάλων Καισαρήων [Τ. Κωπώνιον]
Μάξιμον Ἀγνούσιον, δι[ά]δ[ο]χον Στω[ικόν, ἱερο]-
κήρυκος [καὶ ἱερέως] Τ. Κωπωνίου Μαξί[μου]
[Ἀγ]νουσίου υἱὸν ἀρετῆς ἕνεκα, ἐπιμε[λη]-
θέντος Ἑρμαίου) Κολωνῆθεν.
ἡ πόλις.

De Coponii Maximi aetate cf. adn. ad n. 2. V. 4 de supplemento διάδοχον Στωικόν dubitare non licet, neque desunt similia in huius aetatis titulis, simillimum quidem διάδοχον τῶν ἀπὸ Ζήνωνος λόγων, quod legitur in titulo sepulcrali Iulii Zosimiani (v. ind.); simpliciter Στωικός vocatur Theoxenus Achillis f. Patrensis item in inscriptione sepulcri (v. ind.). Denique etiam Πλατ[ω]νικοῦ, quod habemus in titulo mutilo et neglegenter exscripto n. 684, sectam philosophicam designare videtur.

---

662 In basi marmoris Hymettii, a. 0,90, l. 0,49, cr. 0,45. In superficie vestigia statuae; exstat ante stoam Hadriani. Quattuor priores versus ed. Stuart Ant. Att. vol. I p. 52. Ex eius et Fourmonti apographis Boeckh C. I. G. 376. Totum titulum ed. Pittakis Eph. 1385. Denuo descripsit Koehler.

ΟΥΙΒΟΥΛΛΙΟΝΙΠ
ΠΑΡΧΟΝΜΑΡΑΘΩ
ΝΙΟΝΤΟΝΕΠΩΝΥ
ΜΟΝΤΗΣΠΟΛΕΩΣ
ΑΡΧΟΝΤΑΚΑΙΙΕΡΕΑΔΡΟ
ΣΟΥΥΠΑΤΟΥΗΑΙΑΝ
'sic' Koehler ΤΙΣΦΥΛΗΙΕΥΝΟΙΑΣΕ
ΝΕΚΕΝΚΑΙΦΙΛΟΤΕΙΜΙ
ΑΣΤΗΣΕΙΣΑΥΤΟΥΣ
ΚΑΙΤΗΝΠΑΤΡΙΔΑΤΟ////
ΕΑΥΤΩΝΦΥΛ.Τ''Ν

Οὐι(βούλλιον Ἵπ|παρχον Μαραθώ|νιον, τὸν ἐπώνυ|μον τῆς πόλεως | ἄρχοντα καὶ ἱερέα Δρο[ύ]|σου ὑπάτου, ἡ Αἰαν|τὶς φυλὴ εὐνοίας ἕ|νεκεν καὶ φιλοτει-μί|ας τῆς εἰς αὐτοὺς | καὶ τὴν πατρίδα, τὸ[ν] | ἑαυτῶν φυλ[έ]τ[η]ν.

L. Vibullius Hipparchus Marathonius archon eponymus est in catalogo epheborum sub finem imperii Traiani aut initio Hadriani; quem ne eundem esse statuamus cum hoc non obstat sacerdotium Drusi, nam id etiam illo tempore mansisse indicat titulus T. Flavii Alcibiadis n. 656.

663 In basi lapidis Pentelici inventa in theatro 'πρὸ τῆς δεξιᾶς παρόδου', ubi nunc etiam est. Edd. Rhusopulos Eph. nov. 181. Kumanudis Phil. III p. 564. Exscripsit O. Lueders.

ΨΗΦΙΣΑΜΕΝΗΣΤΗΣΠΟ
ΛΕΩΣΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥ
ΚΛΗΡΩΙΔΗΣΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΦΙΛΙΑΣΕΝΕΚΕΝΦΛ·ΔΩΡΟ
ΘΕΟΝΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑ
ΚΑΙΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝ
ΤΑΤΩΝΜΕΓΑΛΩΝΕΛΕΥΣΙΝΙΩΝ

Ψηφισαμένης τῆς πό|λεως καὶ τοῦ δήμου | Κλ. Ἡρῴδης ἀνέθηκεν | φιλίας ἕνεκεν Φλ. Δωρό|θεον στρατηγήσαντα | καὶ ἀγωνοθετήσαν|τα τῶν μεγάλων Ἐλευσινίων.

De Flavio Dorotheo cf. n. 3. 61. Ceterum haud scio an ex hoc titulo coniuncto cum n. 649 colligere liceat, curam mysteriorum quae prioribus temporibus penes archontem regem fuerat (Harpocr. ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων) Romanorum aetate ad στρατηγὸν ἐπὶ τὰ ὅπλα translatam esse.

664. 665 In epistylio marmoris Hymettii in duas partes fracto, invento ad turrim Andronici, in qua nunc est. 664 ed. Pittakis Eph. 882. Utrumque titulum exscripsit Koehler.

(664)

Η . . . ΕΙΟΥ ΙΙ / . . . . . ΛΗΚΑΙΗΒΟΥΛΗ
ΤΩΝΕΞΑΚΟΣΙΩΝΚΑΙΟΔΗΜΟΣΚΛΑΥ
ΛΙΑΝΛΘΗΝΑΪΛΑΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣΕΝΕΚΕΝ

(665)

ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓC . . . ΥΛΗΚΑΙΗΒΟΥΛΗΤΩΝΕΞΑΚΟΣΙΩΝ
ΚΑΙΟΔΗΜΟΣΤΟΝΑΡΧΙΕΡΕΑΤΩΝΣΕΒΑΣΤΩΝΔΙΑΒΙΟΥΤΙΒΚΛΑΥ
ΔΙΟΝΑΤΤΙΚΟΝΗΡΩΔΗΝΜΑΡΑΘΩΝΙΟΝΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣΕΝΕΚΕΝ

664 Ἡ [ἐξ Ἀρ]είου [πάγου βου]λὴ καὶ ἡ βουλὴ | τῶν ἑξακοσίων καὶ ὁ δῆμος Κλαυ|[δ]ίαν Ἀθηναΐδα εὐεργεσίας ἕνεκεν.

665 Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγο[υ βο]υλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων | καὶ ὁ δῆμος τὸν ἀρχιερέα τῶν Σεβαστῶν διὰ βίου Τι.β(έριον) Κλαύ|διον Ἀττικὸν Ἡρῴδην Μαραθώνιον εὐεργεσίας ἕνεκεν.

Tituli ante a. 126 p. Chr. conscripti (propter sexcentorum senatum), qui est annus vicesimus quintus aetatis Herodis Attici. Atque apparet Claudiam Athenaïda (n. 664) cum eo necessitudine arctissima coniunctam fuisse; quod vero Athenaïdis statua a dextra, Herodis a sinistra erat, mirum videtur. Certe ubi maritus cum uxore coniungitur (n. 685. 686) ille dextrum locum tenet, ita ut is locus maioris honoris esse videatur. Quae res facillime ita explicabitur, ut Claudiam Athenaïda Herodis sororem natu maiorem fuisse statuamus, cui rei etiam ipsum nomen patris Claudii Attici nomini simillimum eximie favet. De ipso Herode, cuius titulos honorarios hic omnes composui, pauca monenda videntur post C. Keilii accuratissimam de eo expositionem (Pauly, Realencycl. I p. 2096 sqq.). Ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν is dicitur n. 665. 669—673 et praeterea in catalogo ephebico (v. ind.) et in titulo Boeotico apud Keilium Syll. n. XXXII p. 127. Quod sacerdotium Keilius p. 2098 ad M. Aurelium et L. Verum referendum coniecit, primos qui una eodem tempore Augustorum nomen habuerint. At ea sententia, quum ex titulo n. 665 appareat, iam primis Hadriani annis eo sacerdotio functum esse Herodem, teneri non potest: immo de iis qui se exceperunt Augustis pluralis accipiendus est ut in titulo P. Memmio Reguli (n. 616). Atque quum in titulo n. 665 addatur διὰ βίου, iam dubitari nequit, quin n. 668 non (ut Waddingtonius Fastes p. 194 et ego Eph. epigr. I p. 246 fecimus) ad Ti. Claudium Atticum patrem, sed ad Herodem filium referendus sit. Nam illic quoque τὸν ἀρχιερέα τῶν Σεβαστῶν scriptum est. Quod sacerdotium, quum ad vitae tempus sumeretur, non potuit, si pater Atticus eo omnino ornatus fuisset, ad filium Herodem transire nisi post patris mortem. Atqui is superstes fuit tum etiam cum filius legatus pr. pr. ad corrigendum statum liberarum civitatium in Asiam missus est, quam provinciam tum T. Aurelius Fulvus, qui postea Imperator Caesar Antoninus Pius appellatus est, proconsul administravit, anno 135 p. Chr. (Waddington Fastes des provinces Asiatiques p. 206. Philostr. Vit. Soph. II, 1, 2. 8. Hertzberg Geschichte Griechenlands unter den Römern II p. 380, ubi temporis definitio ex Waddingtoni calculis emendanda est). Quare quum Herodem iam decem annis ante illo sacerdotio ornatum videamus, pater illud nunquam gessisse videtur et quem n. 668 habemus Ti. Claudius Atticus ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν ipse Herodes est, qui etiam in fastis consularibus Romanorum his solis nominibus recensetur. Quare quod in titulo Boeotico (v. supra) sacerdotii designationi adscribitur διὰ γένους, non ita accipiendum est quasi Herodes sacerdotium hereditate a maioribus accepisset (ut sit idem quod διὰ προγόνων n. 439. Lebas-Waddington 136[d]), sed eum indicat sacerdotem creatum esse ea condicione, ut non modo ipse per vitae tempus illum honorem retineret, sed etiam hereditate ad posteros propagaret.

---

666 In ecclesia Ὑπαπαντή. Ed. Pittakis l'ancienne Athènes p. 36.

ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΚΑΙ
ΗΒΟΥΛΗΤΩΝΕΞΑΚΟΣΙΩΝΚΑΙΟ
ΔΗΜΟΣΗΡΩΔΗΝ . . . . . .
. . . . . ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Certa quidem causa nulla est, cur hunc titulum ad Herodem Atticum referamus, nam omnino illud nomen Athenis haud infrequens fuit. Tamen nemo magis quam ille titulum εὐεργέτης meruit, ita ut non improbabile sit eum hic intelligendum esse. Tum supplendum erit: Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ | ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων καὶ ὁ | δῆμος Ἡρῴδην [Ἀττικοῦ Μαραθώ|νιον τὸν ἑαυτοῦ] εὐεργέτην. Senatus sexcentorum indicat, hanc statuam, si omnino ad Herodem Atticum pertinet, ei adolescenti ante a. 126 positam esse.

---

667 In basi; ed. Pittakis l'ancienne Athènes p. 161.

ΗΡΩΔΟΥΤΟΥΑΤΤΙΚΟΥ

I. e. Ἡρῴδου τοῦ Ἀττικοῦ. Ex articulo τοῦ apparet, Ἀττικοῦ hic non Herodis ipsius, sed patris nomen esse.

668 In basi lapidis Pentelici, inventa prope Propylaea, septentrionem versus. Colores, quibus Pittakis litteras ornatas esse dicit, Koehlero teste nunc prorsus evanuerunt. Edidit Pittakis Eph. 3363. Denuo contulit Koehler.

ΗΠΟΛΙΣΗΓΥΘΕΑΤΩΝ
ΚΛΑΥΔΙΟΝΑΤΤΙΚΟΝ
ΤΟΝΑΡΧΙΕΡΕΑΤΩΝΣΕ
ΒΑΣΤΩΝΚΑΙ ΚΗΔΕΜΟ
ΝΑΤΟΥΕΘΝΟΥΣΕΑΥΤΗΣ
ΔΕΣΩΤΗΡΑΚΑΙΚΤΙΣΤΗΝ
ΔΙΑΠΡΕΣΒΕΩΝΣΩΚΡΑΤΙΔΑ
ΤΟΥΔΑΜΙΠΠΟΥ, ΑΤΕΙΛΙΟΥ
ΤΟΥΔΑΜΟΝΙΚΙΔΑ, ΚΑΡΠΟΥ
ΤΟΥΚΑΡΠΟΥ, ΔΑΜΟΝΙΚΙΔΑ
ΤΟΥΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥΣ, ΕΡΜΟ
///ΡΑΤΟΥΣΤΟΥΝΕΟΠΟΛΙΔΟΣ

ΕΠΙΙΕΡΕΙΑΣΤΗΣΑΘΗΝΑΣ
ΑΘΗΝΙΟΥ

Ἡ πόλις ἡ Γυθεατῶν | Κλαύδιον Ἀττικόν, | τὸν ἀρχιερέα τῶν Σε|βαστῶν καὶ κηδεμό|να τοῦ ἔθνους, ἑαυτῆς | δὲ σωτῆρα καὶ κτίστην, | διὰ πρέσβεων Σωκρατίδα | τοῦ Δαμίππου, Ἀτειλίου | τοῦ Δαμονικίδα, Κάρπου | τοῦ Κάρπου, Δαμονικίδα τοῦ Ἀγαθοκλέους, Ἑρμο|[κ]ράτους τοῦ Νεοπόλιδος. — Ἐπὶ ἱερείας τῆς Ἀθηνᾶς Ἀθηνίου.

Cf. adn. ad n. 664. 665, ubi docui, cur hic titulus ad ipsum Herodem, non ad eius patrem Atticum referendus esset.

669—673 Tres priores ex his quinque titulis sunt in basibus lapidis Hymettii inventis in ecclesia Παναγίας πυργιωτίσσης una cum n. 674. — N. 669 ed. Kumanudis Ἐπιγρ. Ἑλλ. ἐκδ. δαπάνῃ τῆς ἀρχ. ἑταιρίας 1860 n. 44. — N. 670 edd. Pittakis Eph. 3764. Kumanudis Ἐπιγρ. Ἑλλ. n. 43. — N. 671 edd. Pittakis Eph. 3763. Kumanudis Ἐπιγρ. Ἑλλ. n. 45. — N. 672 Athenis in basi marmorea, domus alicuius pavimento inserta. Edd. Spon. Itin. T. III P. II p. 220. (Misc. erud. ant. X, 10 p. 321). Wheler Itin. p. 377. (Vandal. Diss. p. 265. Olear. ad Philostr. p. 545. Fleetwood p. 332. 3). Chandler Inscr. II, 40' Boeckh, qui edidit C. I. G. 382 ex Chandleri exemplo et Fourmonti apographo plane cum eo consentiente. (Pittakis l'ancienne Athènes p. 73. Lebas Attique 342). — N. 673 In fragmine marmoris Menidae (prope Acharnas) reperto. Ed. Stuartus Ant. Att. Vol. III p. I (cf. p. VI)' Boeckh C. I. G. 383. (Lebas Attique 340).

(669)



(670)



(671)



(672)



(673)



Τὸν ἀρχιερέα τῶν Σεβαστῶν Τι(βέριον) Κλαύδιον Ἀττικὸν Ἡρώδην Μαραθώνιον ἡ Πτολεμαΐς (Οἰνηΐς, Κεκροπίς, Ἀντιοχίς) φυλὴ ἀνέθηκεν εὐνοίας ἕνεκεν καὶ εὐεργεσίας τῆς εἰς τὴν πατρίδα. Apparet eiusdem generis monumenta fuisse omnium tribuum, sive eae illo tempore duodecim sive tredecim fuere (iam duodecim tribuum tempore Herodem sacerdotem Augustorum fuisse apparet ex n. 665).

---

674 Basis lapidis Hymettii inventa una cum n. 669—671 in ecclesia Παναγίας πυργιωτίσσης. Edd. Pittakis Eph. 3764. Kumanudis Ἐπιγραφαὶ Ἑλλ. ἐκδ. δαπ. τῆς ἀρχ. ἑταιρίας 1860 n. 46.



Οὐιβουλλίαν Ἀλκίαν, | Τι(βερίου) Κλ(αυδίου) Ἀττικοῦ Ἡρώ|δου Μαραθωνίου | γυναῖκα, ἡ Πανδει|ονὶς φυλὴ ἀνέθη|κεν ἀρετῆς ἕνε|κεν καὶ τῆς πρὸς | τὴν πατρίδα εὐ|νοίας. De Vibullia Alcia priore Herodis Attici uxore cf. n. 3. Quia hic lapis eiusdem generis est eodemque loco inventus atque n. 669—671, eum ab illis separare et in nonam huius partis classem, ubi mulierum Atticarum tituli edentur, reicere nolui.

---

675 Basis fracta lapidis Hymettii inventa in theatro Bacchi. Ed. Kumanudis Phil. IV p. 543 n. 3.



V. 2 incertum esse dicit Kum., utrum prima κ an χ sit.

Ἡ βουλὴ ὁ [δῆμος τὸν ὑπατι]|κὸν Τι Βέρ[ιον Κλαύδιον] | Ἀττικὸν Ἡρώ-[δην Μαραθώ]|νιον, τὸν [εὐεργέτην]. Titulus post annum 143 p. Chr. compositus, quo anno Herodes cum T. Bellicio Torquato consulatu functus est. Ὑπατικόν supplevi ego, cetera Kumanudis.

676 Alta basis marmoris Pentelici anno 1866 in theatro Bacchi reperta. Edd. Pervanoglu Archaeol. Anzeiger n. 205 Januar 1866 p. 171. (idem Philol. XXIV p. 464). Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 510 inscr. Graec. ined. cent. IV n. 301. Exscripsit Koehler.

ΤΙΒΚΛΛΥΣΙΑΔΗΝΜΕΛΙΤΕΑ
ΣΩΣΠΙΔΟΣΔΑΔΟΥΧΟΥΥΙ
ΟΝΛΥΣΙΑΔΟΥΔΑΔΟΥΧΟΥ
ΥΙΩΝΟΝΛΕΩΝΙΔΟΥΔΑΔΟ
ΧΟΥΕΚΓΟΝΟΝΑΡΞΑΝΤΑ
ΤΗΝΕΠΩΝΥΜΟΝΑΡΧΗΝ
ΚΑΙΠΑΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ
ΤΙΒΚΛΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΣΚΑΙ
ΛΕΩΝΙΔΗΣ ΟΙΑΔΕΛΦΟΙ
ΨΗΦΙΣΑΜΕΝΗΣΤΗΣΠΟ
ΛΕΩΣ

Τι*β*. Κλ(αύδιον) Λυσιάδην Μελιτέα, | Σώσπιδος δαδούχου υἱ[όν, Λυσιάδου δαδούχου υἱωνόν, | Λεωνίδου δαδο[ύ]|χου ἔκγονον, ἄρξαντα | τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν | καὶ πανηγυριαρχήσαντα, | Τι*β*. Κλ(αύδιος) Δημόστρατος καὶ | Λεωνίδης οἱ ἀδελφοί, | ψηφισαμένης τῆς πό|λεως.

Daduchorum Melitensium stemma confecit Boeckhius ad C. I. G. 385, supplevit deinde ex titulis postea inventis (n. 676. 679) R. Neubauer Comm. epigr. p. 144. Alia supplementa nunc accedunt ex titulo n. 678, qui hic primum integer editur, et ex tabula quadam genealogica (vide infra p. IX class. 4) edita quidem iam aliquotiens, sed non ab omni parte recte suppleta et intellecta. Haec igitur est parentelae ratio:



Cf. praeterea adn. ad n. 678. 680. In aetatibus horum hominum definiendis commodissime inde proficiscemur, quod Demostratus et Praxagoras Herodi Attici seni adversati esse et eum apud M. Aurelium accusavisse narrantur (Philostr. vitt. soph. II, 11, 13), quae res fere in annum 171 p. Chr. incidere videtur (Keil in Pauly Realenc. I p. 2103). Quum enim tituli Demostratum Praxagorae generum fuisse probent, ipsa horum duorum nominum coniunctio eosdem intellegendos esse apud Philostratum docet quos tituli habent. Quare quum utrumque Herode Attico aliquanto iuniorem fuisse ex eis quae apud Philostratum narrantur verisimile fiat, generum autem rursus socero aliquanto minorem fuisse natu probabile sit (etsi non necessarium), Praxagoras fere inter annos 110 et 120, Demostratus a. 120—130 natus esse videtur. Quae ratio primum confirmatur titulo ephebico, qui Praxagoram Melitensem archontem habet undevigesimo Abascanti paedotribae anno, qui est inter 152 et 160 p. Chr., deinde eodem pertinet Aelii nomen, quod Praxagoras gerit (v. indicem). Quod cum non videatur hereditate ad eum pervenisse — nam pater et avus Themistocles I et II nusquam nominibus Romanis utuntur — ipse civitatem Romanam accepisse videtur ab Hadriano aut Antonino Pio (a. 117—161 p. Chr.), quod optime convenit cum illa temporis definitione. Denique ex titulo n. 678 videmus Themistoclem II Praxagorae patrem superstitem fuisse post annum 126 p. Chr., cum illic senatus quingentorum commemoretur. Quare si statuemus, Themistoclem II fere inter annos 70—80, Themistoclem I 40—50 p. Chr. natum esse, Leonidae I origo fere ad annos 10—20 p. Chr. redibit. Neque huic temporis definitioni obstant nomina Ti. Claudii, quae illi tribuuntur n. 677; nam potest is civitatem Romanam accepisse a Claudio aut Nerone cum iam adulta aetate esset; atque inde fortasse id explicandum est, quod ex eius filiis alter Lysiades quidem paterna Ti. Claudii nomina gessit, alter vero Themistocles civitate Romana caruisse videtur. Ceterum quod Boeckhius proposuit, Themistoclem Praxagorae patrem a Leonidae et Lysiadis familia alienum et potius cum Diocle Themistocli f. daducho, qui Claudio imperante in nonnullis titulis comparet (v. indicem), coniungendum esse, id ea re refellitur, quod Diocles ille Hagnusius est, Themistocles vero et Praxagoras Melitenses (cf. n. 678).

677 *'An einem kleinen Theile des Cylinders einer runden gesimsten Basis'* Schoell. Eleusine in parva ecclesia S. Georgii (*'vor der Kirche der Panagia auf der Ebene'* Schoell). Edd. Spon. Itin. T. III P. II p. 122. Wheler Itin. p. 429. Pocock. Inscr. ant. P. I c. 5 s. 6 p. 62. (Ex Sponio Vandal. Diss. p. 501. Corsin. F. A. T. II p. 169, cf. IV p. 176). Boeckh C. I. G. 423. Lenormant Recherches archéol. à Eleusis p. 145 n. 29. Exscripserunt A. Schoell et L. Ross.

```
   ΑΡΞΑΝΤΟΣΤΗΝΕΠΩ
   ΤΙΒ.ΚΛ.ΣΩΣΠΙΔΟΣΔΑ
   ΤΙΒ.ΚΛ.ΛΥΣΙΑΔΟΥΔΑ
 ΤΙΒΚΛΛΕΩΝΙΔΟΥΔΑΔΟΥΧΟΥ
5  ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΩΝΑΝΕ[Θ]
   ΕΝΝΕΑΚΑΙΔΕΚΑΤΟ
   ΔΙΑΒΙΟΥΔΙΠΛΩΤΩΠ
   ΛΟΓΙΣΤΗΝΚΑΤΑΠΕ
   ΕΠΙΔΑΥΡΙΟΙΣΧΑΙΡΩ
10 ΚΟΡΩΝΕΥCΙΘΗΒΑΙ
 ΤΗCΤΕΑΛΛΗCΑΡΕΤΗC
                 Ε
```

Var. lect. Rossii apographum expressi, quocum plerumque consentit Schoellius cui debeo formam litterae C v. 10. 11 pro Σ repositam (in voce Κορωνεῦσι etiam Lenormant C habet). || V. 2. 3 extr. ex omnibus qui exscripserunt solus Spon vocem ΔΑΔΟΥΧΟΥ integram exhibet, ceteri nihil nisi ΔΑ || v. 5 ultimum Θ om. Pocock. Schoell Ross Lenormant.

I. e. [Τὸν δεῖνα, τοῦ] *ἄρξαντος τὴν ἐπώ[νυμον ἀρχὴν]* | Τι*β*. Κλ. Σώ-σπιδος δᾳ[δούχου υἱόν,] | Τι*β*. Κλ. Λυσιάδου δᾳ[δούχου υἱωνόν,] | Τι*β*. Κλ. Λεωνίδου δᾳδούχου [*ἔκγονον, τὸν ἀπὸ*] | *συνκλητικῶν, ἀνέθ*[*ηκεν ὁ δεῖνα, τὸν*] | *ἐννεακαιδέκατο*[*ν ἀπὸ Θεμιστοκλέους(?),*] | *διὰ βίου διπλῶ τῷ π*[*ερὶ .... τετιμημένον,*] | *λογιστὴν κατὰ πε*[*ρίοδον ...*] | *Ἐπιδαυρίοις Χαιρω*[*νεῦσι ....*] | *Κορωνεῦσι Θηβαί*[*οις, εὐσεβείας ἕνεκα*] | *τῆς τε ἄλλης ἀρετῆς.*

Supplementa pleraque Boeckhii sunt. V. 1 ille, tanquam nihil deesset *Ἄρξαντος τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν τοῦ δεῖνος*, ita ut temporis definitio sit; at ei interpretationi obstat aoristus, *ἄρξαντος*. Quare Ti. Claudius Sospis daduchus reddendus est archontum eponymorum indici, ex quo M. H. Meier Comm. epigr. p. 78 n. 15 Boeckhii interpretationem secutus exemit. V. 6 Boeckhius non supplevit, sed addidit 'cogitaveris de aera Hadriani; sed non probo'. Iure improbavit, cum hoc loco temporis significatio interponi non possit. Quod posui, eo rationem et vim numeri recte explicuisse mihi videor; at utrum Themistoclis an aliud nomen ponendum sit, pro certo affirmare non audeo. Illud potissimum posui, quia Themistoclem eius gentis fuisse, ex qua daduchi capiebantur, constat, et etiam in illius aetatis daduchorum familiis plus semel illius nomen redit. Neque obstat temporum ratio. Nam is qui hic honoratur Sospidis daduchi filius natus videtur a. 120 p. Chr. aut paullo post (cf. adn. ad n. 676). Quem si undevicesima aetate a Themistocle oriundum statuemus, singulae aetates efficiuntur fere annorum tricenorum quinorum. Is qui hoc titulo honoratur aut Demostratus (n. 676) aut unus ex eius duobus fratribus esse videtur.

---

678 In basi marmoris Pentelici, inter Propylaea et Parthenona. Exscripserunt L. Ross et U. Koehler. V. 1—6 edidit Beulé l'Acropole I p. 307.

```
   ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑ
   ΒΟΥΛΗΚΑΙΗΒΟΥ
   ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΩΝ///
   ΜΟΣΟΑΘΗΝΑΙΩΝ
5  ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΕΑ,Τ//
   ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΕΟΥ
   ΔΑΔΟΥΧΟΥΛΕΩΝ,
   ΥΙΟΝΜΕΛΙΤΕΑ<ΑΡ
   Γ[Ν]ΕΚΕ[ΝΚΑ]ΙΕΥ⊂
10 /////////////[Λ]ΗΘΕΙ
   ///////////ΘΕ[ΣΕΩ]Σ
   ⊃Ο⁻[Τ]ΟΥΙΕΡΕΙΑ///Γ
```

Ἡ ἐξ Ἀρείου πά[*γου*] | *βουλὴ καὶ ἡ βου*[*λὴ τῶν*] | *πεντακοσίων* [*καὶ ὁ δῆ*]|*μος ὁ Ἀθηναίων* | Θεμιστοκλέα [*τὸν*] | Θεμιστοκλέου[*ς, τοῦ*] | δᾳδούχου Λεωνί[*δου*], | *υἱὸν* Μελιτέα, *ἀρ*[*ετῆς* | *ἕν*]*εκε*[*ν κ*]*αὶ εὐσ*[*εβεί*[*ας ἐπιμελ*]*η-θέν*[*τος* | *τῆς ἀνα*]*θέσεως* | .....*του, ἱερεία*[*ς τῆς δεῖνος*].

Uncis inclusi ea, quae Koehler aut non invenit in lapide aut admodum mutila, cum apud Rossium servata sint. V. 12 ΤΟΥΙΕΡΕ..Π (eis quae antecedunt omissis) Ross, ⊃Ο⁻ ΟΥΙΕΡΕΙΑ///Γ Koehler.

Tituli verba, etsi non satis commode composita, tamen dubitari nullo modo sinunt, quin is qui honoratur sit Themistocles Themistoclis filius Leonidae daduchi nepos Melitensis. De parentela cf. adn. ad n. 676.

---

679 In basi marmoris Pentelici inventa *'ἐντὸς τοῦ τετραγώνου τοῦ Ἀδριανοῦ'*. Nunc est in stoa Hadriani. Edidit Pittakis Eph. 521. Denuo contulit Koehler.

```
ΚΑΤΑΤΟΕΠΕΡΩΤ,,                ΟΥ
ΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΣΚΑΙΤΗΣΒΟΥΛΗΣΤΩΝΦ
ΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥΤΟΥΑΘΗΝΑΙΩΝ,ΤΙΒ,ΚΛ,
ΛΥΣΙΑΔΗΝΜΕΛΙΤΕΑΤΟΝΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΥ
ΚΟΚΚΗΙΑΝΑΡΕΤΑΤΟΝΕΑΥΤΗΣΑΝΔΡΑ
```

Κατὰ τὸ ἐπερώτ[*ημα τῆς ἐξ Ἀρεί*]*ου*
πάγου βουλῆς καὶ τῆς βουλῆς τῶν Φ
*καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων Τι*β*. Κλ.*
Λυσιάδην Μελιτέα τὸν Δημοστράτου
Κοκκηΐα Ἀρέτα τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα.

Cf. adn. ad n. 676.

---

680 In basi, quam Eleusine vidit Pouqueville, deinde Athenas translata est in collectionem Fauvelii, ubi vidit Mustoxydes. Ed. Pouqueville Itin. T. IV p. 120. Ex Mustoxydis apographo Boeckh C. I. G. 397 (Lebas Attique 317).

```
ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗ
ΚΑΙΗΒΟΥΛΗΤΩΝΦΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΙΟΥΛΙΟΝΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΝΜΕΛΙΤΕΑ
ΙΟΥΛΙΟΥΘΕΟΔΟΤΟΥΣΟΦΙΣΤΟΥ
ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΟΣΚΑΙΒΑΣΙΛΕΥ
ΣΑΝΤΟΣΚΑΙΚΗΡΥΚΕΥΣΑΝΤΟΣ
ΤΗΣΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΣ
ΥΟΝΚΑΙΑΙΛΙΑΣΚΗΦΙΣΟΔΩΡΑΣ
ΚΛ·ΛΥΣΙΑΔΟΥΔΑΔΟΥΧΗΣΑΝΤΟΣ
ΘΥΓΑΤΡΟΣΑΡΞΑΝΤΑΤΟΥΚΗΡΥ
ΚΩΝΓΕΝΟΥΣΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ
```

Var. lect. V. 11 ΕΝΕΚΕΝ Boeckh cum Pouquevillio, ΕΝΕΚΑ Mustox.

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ | καὶ ἡ βουλὴ τῶν Φ καὶ ὁ δῆμος | Ἰούλιον Ἀπολλόδοτον Μελιτέα, | Ἰουλίου Θεοδότου σοφιστοῦ, | στρατηγήσαντος καὶ βασιλεύ|σαντος καὶ κηρυκεύσαντος | τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, | υἱὸν καὶ Αἰλίας Κηφισοδώρας, | Κλ(αυδίου) Λυσιάδου δᾳδουχήσαντος | συγατρός, ἄρξαντα τοῦ Κηρύ|κων γένους ἀρετῆς ἕνεκεν.

Apollodoti patrem Iulium Theodotum Melitensem Philostratus II, 2 principem in Atheniensium republica locum tenuisse testatur eo tempore, quo Herodes Atticus civium invidia a republica remotus erat, eumque Demostrati Herodis adversarii familiarissimum fuisse. Titulus quem tractamus eum etiam affinitate cum illo coniunctum fuisse demonstrat, quippe qui Aeliam Cephisodoram ex daduchorum Melitensium familia in matrimonium duxerit. Ea enim Ti. Claudii Lysiadis filia dicitur: iam ex tribus eius familiae hominibus, quibus ea nomina communia sunt, mea quidem sententia nemo intelligi potest per temporum rationes nisi Lysiades II; scilicet Theodoto sophistae fere anno 174 a M. Aurelio Θρόνος σοφιστικός delatus est (Philostr. l. l.), cui quum per duos annos praefuisset, decessit plus quam quinquaginta annos natus; quare natales eius ad annum fere 124 p. Chr. referendi videntur. Quodsi Lysiadem II fratribus Leonida et Demostrato (cuius de aetate vide ad n. 676) maiorem natu statuimus, is fere a. 110 natus fuerit, ita ut eius filiam Aeliam Cephisodoram statuere possimus fere a. 135—140 natam nupsisse Theodoto fere anno 155 aut paullo post; quod bene convenit cum eo, quod filius Iulius Apollodotus ephebus est Abascanto paedotriba, dummodo catalogum qui eius nomen continet ad aliquem ex extremis Abascanti annis referamus. Hic quem tractamus titulus igitur ad finem alterius p. Chr. saeculi referendus videtur. Ipsius Theodoti titulum habes infra part. VIII class. 6.

---

681 In Herma marmoris Pentelici cui deest caput. Inventus est lapis in septentrionali parte Propylaeorum, exstat in gradibus Parthenonis. Ed. Pittakis Eph. 4018. Exscripsit Koehler.

```
Α Γ Α Θ Η
Τ Ο Ν Α Ρ Χ C
Ϛ Ε Μ Ν Ο
Ϲ ^ Λ Η Ν Ϛ
Θ Ε Ο Υ Α Δ
/////// Λ Η Ν Ι
/Ν///Θ////Τ//
Ν
Λ Ν Τ Α Τ Ω Ν Μ Ε Γ Α Λ Ω Ν /
Λ Ω Ν · Π Α Ν Α Θ Η Ν Α Ι Ω Ν
Τ Ε Ι Ω Ν · Α Δ Ρ Ι Α Ν Ι Ω . . . .
Ν Ι Ω Ν › Κ Α Ι Α Ρ ⁻ Λ Ν Τ Α Τ //
Λ Γ Ο Ρ Α Ν Ο Μ Ι /////Λ/////Η . .
⁻ Α Ν Ε Υ Ν Ο Ι Α Ϲ Ε Ν Ε Κ Α
```

Ἀγαθῇ [τύχῃ] | τὸν ἄρχο[ντα τῶν] | σεμνο[τάταν Παν]|ελλήνω[ν καὶ ἱερέα] | Θεοῦ Ἁδ[ριανοῦ Παν|ελ]ληνί[ου καὶ ἀγω]|ν[ο]θ[έ]τ[ην τῶν Παν|ελλη]ν[ίων . . . . .].

I. e. [Τὸν δεῖνα .... ἀγωνοθετήσ]αντα τῶν μεγάλων [..... καὶ τῶν μεγά]λων Παναθηναίων [καὶ ..... Σεβαστ]είων Ἀδριανίω[ν καὶ ..... Πανελλη]νίων(?) καὶ ἄρξαντα τὴ[ν ἐπώνυμον ἀρχὴν | καὶ τὴν] ἀγορανομ⟨ε⟩[ί]α[ν] ἡ [βουλὴ καὶ ὁ δῆμος | ἀνέστη]σαν εὐνοίας ἕνεκα.

---

682 In fragmento Hermae lapidis Pentelici; lapis alio tempore in alios usus vocatus, et praeter hunc in aliis lateribus lapidis duo catalogi prytanum inscripti sunt; sed hunc ex tribus antiquissimum esse Koehlerus inde colligit, quod a sinistra, ut nunc se lapis habet, margo exstat, ita ut primum hic titulus inscriptus esse, deinde lapis truncatus et reliquis partibus aliae inscriptiones incisae esse videantur. A dextra versu 1 duae aut tres litterae evanuerunt. Inventus lapis prope Parthenonem, in cuius gradibus exstat. Ed. Pittakis Eph. 2323. Denuo contulit Koehler.

683 In basi marmoris Hymettii in tres partes (*a b c*) fracta. Exstat in museo societatis archaeologicae. Ed. Kumanudis Ἐπιγρ. Ἑλλ. ἐκδ. δαπ. τῆς ἀρχ. ἑταιρίας 1860 ἀρ. 70*b* partes *b* et *c*; additamentum post p. 34 continet partem *a*.

```
⁻ Δ Δ Ι
Λ Α Ι Ο Υ Κ Α Ι
Ν Α Σ Ε Ο Υ Λ Α Ι   a
Λ Ο Υ Κ Ι Ο Ν Φ Λ Α
b Γ Ι Ο Ν Ψ Λ Α Μ Μ · Α   s
Ρ Ε Γ Η Σ Ε Ν Ε
Ξ Υ Ν Ο Ι
Α Σ Ν Η
c
```

id quod Keilius aptissime monuit, locus Plutarcheus Themist. c. 1 'τὸ Φλυῆσι τελεστήριον, ὅπερ ἦν Λυκομιδῶν κοινόν', collatus cum huius tituli v. 6, ubi sacerdos ex eodem illo Phlyensium pago fuisse dicitur. Sed difficile dictu est, quid tum sibi velit genetivus Εὐμολπιδῶν; si enim [κατὰ τὰ δόξαντα τῷ γένει τῶν] Εὐμολπιδῶν scribemus, enuntiati formam quidem rationibus sermonis et usui qui in titulis obtinet accommodatam nanciscimur, sed res ipsa plane mira et incredibilis est, Lycomidarum genti, si quem honore statuae afficere vellet, alius gentis, Eumolpidas dico, venia aut consensu opus fuisse. Quare haud scio an Λυκομίδα potius nomen mulieris, cuius statuae haec subscripta fuerunt, accusativo casu sit. Quod nomen femininum cum accurate respondeat masculino Λυκομίδης, per se quidem mulierem ex gente Lycomidarum significat, sed eiusmodi patronymica persaepe nominum propriorum vim assumunt. Tum scribendum erit aut [Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος καὶ τὸ γένος τὸ] | Εὐμολπιδῶν Λυκομίδα, aut [Ὁ δεῖνα, ἄρχων τοῦ γένους τοῦ] | Εὐμολπιδῶν. Possunt etiam alia excogitari; utique reiciendum est quod Lenormantus proposuit [Ἡ ἱερὰ γερουσία τῶν] Εὐμολπιδῶν, nam etsi ἱερὰ γερουσία Eleusine fuit, tamen nunquam fuit gentis alicuius γερουσία. V. 1. 2 ita inter se coniungendi videntur Λυκομίδα [τοῦ δεῖνος δήμου, διὰ βίου ἐν Ἐλευσεῖνι μὲν [Δήμητρος καὶ Κόρης ἱέρειαν]. Deinde verissime Boeckhius dicit, huic ἐν Ἐλευσεῖνι μέν respondere quidem v. 4 ἐν Σάμῳ δὲ τῆς [Ἥρας(?)]; quanam vero sententia quaque structura grammatica inter haec initio v. 4 interposita sit Haloorum mentio, obscurum esse. Neque vero Haloorum nomen emendatione satis audaci tollere licet cum Koehlero, qui proposuit ἐν Ἐλευσεῖνι μὲ[ν μεγ]|άλω[ν Θε]ῶν, ἐν Σάμῳ δὲ .... Nam Haloa a scholiasta Luciani p. 245 vocantur ἑορτὴ περιέχουσα μυστήρια Δήμητρος καὶ Κόρης καὶ Διονύσου, unde A. Mommsen Heortol. p. 321 eorum coniunctionem cum gente Eumolpidarum minime in dubitationem vocandam putat. Accedit quod multo plura perierunt a dextra lapidis parte, quam Koehlerus putavit. Quae restant v. 4—6 certa sunt εὐσεβίας ἕνεκα τῆς [π]ρὸ[ς τ]ὰς [θεὰς ἀνέθηκαν] | ἐπὶ ἱερείας Φλαουίας Λαοδαμείας τῆς Κλείτου | Φλυέως [θυγατρός]. Eadem sacerdos est n. 230. Ex eius nomine conici licet, titulum Flaviorum imperatorum aetate antiquiorem non esse.

---

896 Athenis in impluvio domus privatae lapidem esse refert Mustoxydis; Pittakis in muro ecclesiae cathedralis prope stoam Hadriani inaedificatum narrat. Ed. Pittakis l'ancienne Athènes p. 11. Exscripsit Mustoxydis, cuius apographum ad Boeckhium misit Forchhammer. Eius exemplum exscripsi.

ΜΩΝΟΣ . . .
ΑΤΤΑΛΟΣΚΛΑΥΔΙΑΝ
ΘΥΓΑΤΡΟΣΚΛΑΥΔΙΑΣΑΝ
ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΑΣΓΕΝΟΜ . . .
ΑΥΤΩΕΚΦΛΑΒΙΑΣΚΙΜΩΙ
ΛΛΙΝΕΙΚΟΥΘΥΓΑΤΡΙ
ΙΔΟΣΑΝΕΘΗΚΕΝ

Etsi multa remanent incerta, tamen sententiarum ordo et enuntiatiorum conformatio sic fere possunt probabiliter restitui [Τι*βέ*ριος Κλαύ*δι*ος(?), . . .]μωνος [υἱός], Ἄτταλος, Κλαυδίαν [. . . . , τὴν τῆς] Θυγατρὸς Κλαυδίας Ἀν[νίας] | Ἀριστοκλείας, γενομ[ένης] | αὐτῷ ἐκ Φλαβίας Κιμω[νίδος τῆς | Κα]λλικείκου, Θυγατ[έ]ρα, [εἰς | Ἄ]ιδος ἀνέθηκεν. Ita habemus avum, qui neptis suae imaginem dedicat, qua in re simul honoris causa nominantur ipsius uxor, illius avia, et ipsius filia, illius mater.

Callinicus
|
Attalus ⌣ Flavia Cimonis
|
Claudia Annia Aristoclea
|
Claudia ...., cuius imago dedicatur.

Ti. Claudius Attalus Sphettius archon eponymus in titulis ephebicis recensetur (part. IX class. 3) aliquo ex posterioribus Hadriani imperatoris annis. Eum hic designari certe non abhorret a veri similitudine; nam Clâudii nomen non exstat, tamen ex filiae et neptis nominibus colligi potest, etiam ipsi Attalo id nomen fuisse. Aetas vero tituli etsi accuratius definiri non potest, tamen quum Attali uxor Flaviae nomen gerat, certe non multo antiquior esse potest hic quam ille Attalus Sphettius. Id sane inusitatum est, quod et v. 2 post Attali et v. 6 post Callinici nomen non adiungitur pagi designatio.

---

897 Basis lapidis Hymettii, inventa vere anni 1871 ad Panagiam Pyrgiotissam, a. 1,02, l. 0,56, cr. 0,47, litterae altae 0,035. Ed. Hirschfeld Hermae vol. VII p. 53 n. 3.

ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗ
ΚΛΙΗΒΟΥΛΗΤΩΝ X̄ΚΑΙΟ
ΔΗΜΟΣΒΙΤΕΛΛΙΑΝΕΙΣΙ
ΔΩΡΑΝΣΑΒΕΙΝΟΥΕΞΟΙ
ΟΥΘΥΓΑΤΕΡΑΜΗΤΕΡΑ
ΤΙΤΟΥΦΛΑΒΙΟΥΛΕΩΣΘΕ
ΝΟΥΣΚΑΙΤΙΤΟΥΦΛΑΒΙΟΥ
ΑΛΚΙΒΙΑΔΟΥΚΑΙΦΛΑΒΙ
ΑΣΦΙΛΑΣΠΑΙΑΝΙΕΩΝ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ | κ[α]ὶ ἡ βουλὴ τῶν X καὶ ὁ | δῆμος Βιτελλίαν Εἰσι|δώρ[α]ν, Σαβείνου ἐξ Οἰ|ου Θυγατέρα, μητέρα | Τίτου Φλαβίου Λεωσθέ|νους καὶ Τίτου Φλαβίου | Ἀλκιβιάδου καὶ Φλ[α]βί|ας Φίλας Παιανιέων, | ἀρετῆς ἕνεκεν. De hoc titulo et eo qui sequitur confer adn. ad n. 656.

---

898 Basis marmoris Hymettii, inventa ad Panagiam Pyrgiotissam, a. 1,14, l. 0,52, cr. 0,41; litterae altae 0,03. Editus titulus in Ἐφημερὶς τῶν φιλομαθῶν 14 Ian. 1865. Denuo edidit Hirschfeld Hermae vol. VII p. 54 n. 6.

ΦΛΑΟΥΙΑΝΦΙΛΑΝΤΙΦΛΑΟΥ
ΙΟΥΛΚΙΒΙΑΔΟΥΠΑΙΑΝΙΕΩΣ
ΘΥΓΑΤΕΡΑΓΔΟΜΙΤΙΟΥΑΡΙΣΤΟ
ΔΗΜΙΑΝΟΥΧΟΛΛΕΙΔΟΥΓΥΝΑΙ
ΚΑΑΡΕΤΗΣΚΑΙΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣ
ΕΝΕΚΕΝ
ΓΔΟΜΙΤΙΟΣΑΡΙΣΤΟΔΗΜΙΑΝΟΣΤΗΝΕΑΥΤΟΥ
ΓΥΝΑΙΚΑ

Φλαουίαν Φίλαν, Τί(του) Φλαου|ίου Ἀλκιβιάδου Παιανιέως | Θυγατέρα, Γ(αΐου) Δομιτίου Ἀριστο|δημιανοῦ Χολλείδου γυναῖ|κα, ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης | ἕνεκεν | [Γάϊος] Δομίτιος Ἀριστοδημιανὸς τὴν ἑαυτοῦ | γυναῖκα.

899 Basis statuae prope Eleusinem in campo Rario, in domo altius sita, quae Πύργος dicitur, in scala. Edd. Pocock. Inscr. ant. P. I c. 5 s. 6 p. 62. Chandler II, 120 p. 78. Villoison Act. Acad. Inscr. T. XLVII p. 331. Inprimis ex Chandleri exemplo Boeckh C. I. G. 435, qui habebat etiam ex Villoisoni et Fourmonti schedis (Lebas Attique 353).

ΙΕΡΟΦΑΝΤΙΝΤΗΣΝΕΩ
ΤΕΡΑΣ͡ΚΛ͡ΦΙΛΟΞΕΝΑΝ
ΤΙΚΛΑΥΔΙΟΥΠΑΤΡΩΝΟΣ
ΜΕΛΙΤΕΩΣΘΥΓΑΤΕΡΑ
ΑΡΓΥΡΩΣΑΣΑΝΤΟΝΒΩΜΟΝ
ΤΗΣΝΕΩΤΕΡΑΣΘΕΟΥ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣΤΗΣ
ΑΝΑΘΕΣΕΩΣΤΟΥΥΙΟΥ
ΑΥΤΗΣ͡Τ͡ΙΚ͡Λ͡ΛΥΣΙΑΔΟΥ
ΤΟΥ͡Τ͡Ι͡Κ͡Λ͡ΠΑΤΡΩΝΟΣΥΙΟΥ
ΜΕΛΙΤΕΩΣ
ΕΠΙΙΕΡΕΙΑΣ͡ΚΛΤΙΜΟΘΕΑΣ

Ἱεροφάντιν τῆς νεω|τέρας Κλ. Φιλοξέναν | Τι. Κλαυδίου Πάτρωνος Μελιτέως θυγατέρα | ἀργυρώσασαν τὸν βωμὸν | τῆς νεωτέρας θεοῦ, | ἐπιμεληθέντος τῆς | ἀναθέσεως τοῦ υἱοῦ | αὐτῆς Τι. Κλ. Λυσιάδου | τοῦ Τι. Κλ. Πάτρωνος υἱοῦ | Μελιτέως. | Ἐπὶ ἱερείας Κλ. Τιμοθέας. Boeckhius perspexit νεωτέρας θεοῦ idem esse ac si νέας Δήμητρος scriberetur; nam hierophantis proprie ad Cereris sacra pertinet. Idem hanc esse Sabinam Hadriani uxorem coniecit, quippe quae νέα Δημήτηρ diceretur in titulo Megarico C. I. G. 1073. Cui opinioni non exiguum accedit adiumentum ex huius voluminis n. 12, ubi vocabula Εὐεργέτιν Καρποφόρον, si modo recte ea ad Sabinam rettuli, etiam Athenis eam tanquam novam Cererem divinis honoribus affectam esse indicant. — De parentelae rationibus quae inter hos homines intercedant Boeckhius haec exposuit: 'Claudiae Philoxenae pater et maritus sunt cognomines; neque tamen ideo necesse est de adoptione cogitare cum Chandlero in Syllabo, cuius praeterea adnotatio prorsus confusa est, et cum Barthelemio et Villoisono. Si tamen de adoptione cogitaveris, Patron generum, Philoxenae maritum, sibi adoptasse censendus est, indeque possit nominum ratio explicari'. Quae quamquam ita se habere posse concedo, tamen mirum est quod dicitur τοῦ υἱοῦ αὐτῆς Τι. Κλ. Λυσιάδου τοῦ Τι. Κλ. Πάτρωνος υἱοῦ. Quare haud scio an errore lapicidae τοῦ υἱοῦ αὐτῆς pro τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς incisum sit, ita ut unus modo Ti. Claudius Patro Melitensis, Philoxenae et Lysiadis pater, commemoretur. Ceterum et Lysiadis nomen et pagus Melitensis hos homines aliquo necessitudinis vinculo coniunctos esse indicant cum Ti. Claudii Leonidis Melitensis stirpe, de qua disputavi ad n. 676 (Boeckh C. I. G. 442). Sed accuratius ea necessitudo definiri nequit.

900 In basi simulacri, quae a. 1785 Eleusine eruta est a Richardo Worsley, postea in collectionem Choiseulianam et inde in Museum Regium Parisinum pervenit. Edd. Schow de charta papyr. p. 77 sqq. Viscont. in descriptione Musei Worsleiani et Mus. Pio-Clement. T. IV p. 43. Villoison Prolegg. Hom. p. LV. Comm. Acad. Inscr. T. XLVII p. 330. (Iacobs. Paralipom. Anthol. II p. 785. Anthol. Pal. append. n. 234). Dubois catal. collect. Choiseul. n. 198. Clarac. catal. Mus. Reg. n. 565 (tabula aenea). Boeckh C. I. G. 434 adhibitis Villoisoni schedis. Lebas Attique 354. (Lenormant Recherches archéol. à Eleusis p. 175 n. 31).

ΜΗΤΗΡΜΑΡΚΙΑΝΟΥΘΥΓΑΤΗΡΔΗΜΗΤΡΙΟΥΕΙΜΙ
ΟΥΝΟΜΑΣΙΓΑΣΘΩΤΟΥΤΑΠΟΚΛΗΙΖΟΜΕΝΗ
ΕΥΤΕΜΕΚΕΚΡΟΠΙΔΑΙΔΗΙΟΙΘΕΣΑΝΙΕΡΟΦΑΝΤΙΝ
ΑΥΤΗΑΜΑΙΜΑΚΕΤΟΙΣΕΓΚΑΤΕΚΡΥΨΑΒΥΘΟΙΣ
ΟΥΚΕΜΥΗΣΑΔΕΓΩΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΗΣΤΕΚΝΑΛΗΔΗΣ
ΟΥΔΕΤΟΝΕΥΡΑΜΕΝΟΝΠΑΥΣΙΝΟΣΟΥΣΑΚΕΣΕΙ[Σ]
ΟΥΔΕΤΟΝΕΥΡΥΣΘΗΙΔΥΩΔΕΚΑΠΑΝΤΑΣΑΕΘΛΟ[ΥΣ]
ΕΞΑΝΥΣΑΝΤΑΜΟΓΩΙΚΑΡΤΕΡΟΝΗΡΑ[ΚΛΕΑ]
ΤΟΝΧΘΟΝΟΣΕΥΡΥΧΟΡΟΥΔΕΚΑΙΑΤΡΥΓΕΤ[ΗΣΜΕΔΕΟΝΤΑ]
ΤΟΝΚΑΙΑΠΕΙΡΕΣΙΩΝΚΟΙΡΑΝΟΝΗΜΕΡΙ[ΩΝ]
ΑΣΠΕΤΟΝΟΣΠΑΣΑΙΣΠΛΟΥΤΟΝΚΑΤΕΧΕΥΕΠΟΛΕΣΣΙΝ
ΑΔΡΙΑΝΟΝΚΛΕΙΝΗΣΔΕΞΟΧΑΚΕΚΡΟΠΙΗΣ

Quae uncis inclusi, etiam apud Lebasium inclusa sunt.

Μήτηρ Μαρκιανοῦ, θυγάτηρ Δημητρίου εἰμί·
οὔνομα σιγάσθω· τοῦτ' ἀποκληζομένη,
εὖτέ με Κεκροπίδαι δηοῖ θέσαν Ἱεροφάντιν,
αὐτὴ ἀμαιμακέτοις ἐγκατέκρυψα βυθοῖς.
οὐκ ἐμύησα δ' ἐγὼ Λακεδαιμονίης τέκνα Λήδης,
οὐδὲ τὸν εὑράμενον παυσινόσους ἀκέσεις,
οὐδὲ τὸν Εὐρυσθῆϊ δυώδεκα πάντας ἀέθλους
ἐξανύσαντα μόγῳ καρτερὸν Ἡρακλέα,
τὸν χθονὸς εὐρυχόρου δὲ καὶ ἀτρυγέτης μεδέοντα,
τὸν καὶ ἀπειρεσίων κοίρανον ἡμερίων,
ἄσπετον ὃς πάσαις πλοῦτον κατέχευε πόλεσσιν,
Ἀδριανόν, κλεινῆς δ' ἔξοχα Κεκροπίης.

'De Hadriano initiato Dio Cass. LXIX, 11 cf. Spartian. Vit. Hadr. 13. Euseb. et Hieronym. Chron. ac Syncell. p. 278' Boeckh. Idem recte v. 12 ad Κεκροπίης supplendum esse iudicat πόλεσι (vel πόλει) καταχεύαντα πλοῦτον, neque cum Schowio scribendum κλεινῇ et Κεκροπίῃ.

901 Magna basis marmoris Pentelici, quam ad ecclesiam Agia Kyra se vidisse dicit Pittakis, qui edidit l'ancienne Athènes p. 52. Praeterea usus sum apographo A. Iatridae, Musei Aeginaei quondam inspectoris, a L. Rossio ad A. Boeckhium misso, et alio ipsius Rossii.

[H] Ε Ξ Α Ρ Ε Ι Ο Υ Π Α Γ Ο Υ Β Ο Υ Λ Ι[H]
[Κ] Α Ι Η Β Ο Υ Λ Η Τ Ω Ν Φ
Κ Α Ι Ο Δ Η Μ Ο Σ Ο Α Θ Η Ν Α [Ι] Ω Ι[Ν]
Μ Ο Υ Ν Δ Ι Κ Ι Α Ν Σ Ε Κ Ο Υ Ν Δ Ι Λ Λ Α
Β Ο Υ Ρ Ρ Ο Υ Θ Υ Γ Α Τ Ε Ρ Α
Κ Α Ι Ι Ε Ρ Ο Φ Α Ν Τ Ι Δ Ο Σ
Α Ρ Ε Τ Η Σ Ε Ν Ε Κ Α Κ Α Ι Τ Η Σ
Ε Ι Σ Τ Η Ν Π Α Τ Ρ Ι Δ Α Ε Υ Ν Ο Ι Α Σ

Var. lect. Accurate expressi Rossii apographum, praeterquam quod nonnullas litteras, quas is non iam legit, ex duobus reliquis exemplaribus uncis circumdatas supplevi. Ex eisdem emendavi v. 7, ubi Ross ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΝΕΚΑ. Ceterum Pittakis fere ubique cum Rossii exemplo consentit. Multo neglegentius confectum est Iatridae apographum, cuius errores enotare supervacaneum est. Is ubique ω et Θ habet, cum Rossius eas litterarum formas praebeat, quas supra exhibui.

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ | καὶ ἡ βουλὴ τῶν Φ | καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων | Μουνδικίαν Σεκουνδίλλα[ν], | Βούρρου θυγατέρα | καὶ Ἱεροφάντιδος, | ἀρετῆς ἕνεκα καὶ τῆς | εἰς τὴν πατρίδα εὐνοίας. Aetatis indicium nullum inest praeter senatum quingentorum, qui titulum anno 126 p. Chr. antiquiorem non esse indicat.

---

902 Basis marmoris Pentelici; a superiore parte margo exstat, a sinistra initia versuum servata sunt. Dextra pars lapidis adeo detrita est, ut litterae paene evanuerint. In arce. Edd. Pittakis Eph. 96 (Lebas Attique 17). Schoell archaeol. Mitth. p. 89. (O. Iahn Pausaniae descriptio Athenarum p. 48 n. 39. K. Keil Philol. XXIII p. 598). Ross Archaeol. Aufs. II p. 657 n. 15. Partem modo priorem, eamque interpolatam, exhibet Beulé l'Acropole II p. 302. Contulit Koehler. Est etiam in L. Rossii schedis.

Ε Ρ Ρ Η Φ Ο Ρ Ο Ν Π Α Τ Η Ρ ΜΕ Π Ο Τ Ν Α Σ
Σ Α Ρ Α Π Ι Ω Ν Μ Η Τ Η Ρ Τ Ε Θ Η Κ . . [Χ Ρ Η]
Τ Η Ν Σ Η Ν Θ Ε Α Ν Ο Π Ε Ν Τ Ε Κ [Α Ι]
∧ Ͻ Ϛ Δ Ο Ι Σ Μ Ε Ν Η Β Η Ν Ο Ι [C Δ]

Var. lect. Nonnulla quae Rossius legerat, lapide etiam magis detrito Koehlerus non iam invenit. Ita v. 2 fin. ΘΗΚ . . . ᴾ'' Koehl. || v. 3 fin. ΠΙ//Ν ΤΙ//Κ . . Koehl. || v. 4 ΗΒΗΝΟΙϹ Koehl. Praeterea apographa consentiunt, praeterquam quod v. 3 ΘΕΑΝΩ Ross. Quod debuisse scribere lapicidam certum est, sed videtur lapsus esse.

Ἐρρηφόρον πατήρ με, πόντα, σ[οί, θεά,]
Σαραπίων μήτηρ τ' ἔθηκ[ε Χ]ρη[σίμη]
τὴν σήν, Θεαν[ώ], πέντε καὶ [συναίμονες.]
δὸς δ' οἷς μὲν ἥβην, οἷς δ[ὲ γηράσκειν καλῶς].

Supplementa Keilii sunt. Aetas tituli inde quod v. 1 litterae με inter se colligatae sunt ita certe definitur, ut eum Hadriani aetate antiquiorem non esse intellegatur. Ac si litterarum formam spectes, quod argumentum sane incertum est, inter illius principatum et exitum alterius p. Chr. saeculi compositus videtur. Sarapionis sive Serapionis nomen illo tempore tam vulgare est, ut eius in definiendo tempore utilitas sit nulla.

903 Fragmentum lapidis Pentelici prope templum Victoriae in arce. Exscripsit Koehler.

Ε Κ Σ Ο Υ *vac.*
vac. Α Ι Λ Ι Ο Υ *vac.*
Ρ Ο Υ Σ Ο Υ *vac.*
Ν Α Ι Κ Α
⌒ Σ Υ Ν Η Ι
vac.

[Τὴν δεῖνα] ἐκ Σου|[νιέων], Αἰλίου | . . . . . ρου Σου|[νιέως γυ]ναῖκα | [ἐπὶ σωφρ]οσύνῃ. Cum dativus casus v. 5 certissimus sit, ἐπὶ supplevi, cuius praepositionis usus pro frequentissimo illo ἕνεκα in titulis honorariis rarus est. Cf. C. I. G. 1062 (Megaris) ἐπὶ σωφροσύνῃ καὶ ταῖς εἰς αὐτὴν φιλοτιμίαις, et huius voluminis n. 465, ubi supplevi ἐπὶ πάσα[ις εὐεργεσίαις]. Tempus Aelii nomine aliquatenus definitur. Nomen Graecum eius hominis suppleri certa ratione non licet. Fortasse fuit [Καρποδώ]ρου. Certe decimo Abascanti paedotribae anno (inter 143 et 151 p. Chr.) inter ephebos recensetur Καρπόδωρος Καρποδώρου Σουνιεύς.

---

904 Basis marmoris Hymettii. Exscripsit Koehler.

‾. . . . Μ Μ Ι Ο . . . . . _ Μ Η Ν Ι Δ Ο Σ
. . . Λ Ι Ε Λ Σ //////////////_ Υ Σ Κ Α Ι Ν Ο Υ Μ
. . . Β Λ Σ Σ Α Λ ////////// Μ Ι Ο Υ Ι Ε Ρ Ο Κ Η
. . . Ͻ Σ Γ Α Ι Γ ι ι ι Ι Ο Υ Θ Υ Γ Α Τ Η Ρ
. . Ν Ε Α Υ Τ Ω Ν Θ Υ Γ Α Τ Ε Ρ Α Ν Ο Υ Μ Μ Ι
. Ν Κ Λ Ε Ω Α Ν Ε Θ Η Κ Α Ν

De supplementis, inprimis si eum qui sequitur titulum, qui manifesto ad easdem personas spectat, contuleris, vix quicquam dubii remanet; ita enim scriptum fuerit necesse est: [Λ. Νού]μμιο[ς, υἱὸς] Μήνιδος, | [Φαι]δ[ρ]έ[α]ς, [Φαλῆρ]εύς, καὶ Νουμ|[μία] Β[ά]σσα, Λ. [Νουμ]μίου ἱεροκή|[ρυκ]ος Γα[ρ]γ[ηττ]ίου θυγάτηρ, | [τὴ]ν ἑαυτῶν θυγατέρα Νουμμί|[α]ν Κλεὼ ἀνέθηκαν. Unum Phaedreae nomen non plane certum est, sed vix aliud in hisce reliquiis . . . ΛΙΕΛΣ (n. 905 nihil nisi extremum ΑϹ superest) latere potest. Demoticon vero quod est [Φαληρ]εύς cum ex n. 905 suppletur, tum quod aliunde scimus Nummium Menidem Phalerensem fuisse (v. infra). Efficitur igitur hoc stemma:

L. Nummius Menis Phalerensis | L. Nummius (Nigrinus v. infra) hieroceryx Gargettius
L. Nummius Phaedreas(?) ⌣ Nummia Bassa
Nummia Cleo

L. Nummius Menis Phalerensis ephebus archon eponymus et fortasse prytanis recensetur in aliis titulis Atticis (v. indicem), praeco senatus Areopagitici et agonotheta τῶν τῆς Σεβαστῆς ἀγώνων C. I. G. 3831 (= Lebas-Waddington 868). Nam iniuria hic Boeckhius Μηνίσ[κος] supplevit, cum lapis a dextra omnino integer sit; recte Waddington Μῆνις. Atque huius quidem tituli aetas definitur ea re, quod epistulam senatus Areopagitici ad Aezanitas continet, qua collaudatur eorum civis M. Ulpius Appuleius Eurycles, qui aliquantum temporis Athenis versatus erat. Ad eiusdem hominis autem laudes pertinent duae epistulae Panhellenum ad Aezanitas datae (C. I. G. 3832. 3833) et una Antonini Pii imperatoris ad Panhellenas (C. I. G. 3834) scripta pridie Cal. Decembres 157 p. Chr. Qui quattuor lapides eodem loco inventi sine dubio indicant, eadem occasione atque fere eodem tempore has epistulas scriptas esse. Itaque Menidem circiter anno 157 p. Chr. praeconem Areopagitarum fuisse apparet. Quod munus quum inter honorificentissima totius civitatis sit, provectiore aetate sumtum esse consentaneum est, ita ut Menis tum quinquagenarius aut etiam sexagena-

rius fuisse videatur; quod confirmatur ea re quod in catalogo aliquo (part. IX class. 3) ephebus recensetur cum Coponio Maximo; nam is propter aetatis rationes vix alius esse potest atque T. Coponius Maximus Hagnusius iunior (v. ad n. 2); qui quum eo tempore archon eponymus fuerit, quum senatus etiam sexcentorum erat, vix post annum 95—98 p. Chr. natus esse potest. Denique si recte n. 3 ubi inter prytanes Phalerenses Νούμμιος est, nomen Μῆνις supplevi, etiam hoc aptissimum est huic temporis definitioni.

Iam de L. Nummio Hieroceryce Gargettio, Nummiae Bassae patre videamus. In tabula genealogica (part. IX class. 4) invenitur Βάσσης τῆς Νιγρείνου ἱεροκήρυκος θυγατρός, n. 660 Νού(μμιος) Νιγρεῖνος ἱεροκῆρυξ. Quae si cum nostro titulo composuerimus, non dubitabimus, quin his omnibus unus idemque hieroceryx designetur, pleno nomine L. Nummius Nigrinus Gargettius. Tum igitur necesse est eius filiam Nummiam Bassam bis nupsisse statuamus, nam in illa tabula genealogica ex Praxagora Themistoclis f. daducho procreasse dicitur filiam Philistam. Quem Praxagoram cum ex parentelae rationibus (cf. adn. ad n. 676) constet Melitensem fuisse, non dubito, quin idem sit cum Praxagora Melitensi, qui archon fuit anno 19 Abascanti paedotribae (inter a. 152 et 160 p. Chr) quod rationibus temporum supra expositis aptissimum esse videtur. Aliter, sed perperam, de L. Nummi Menidis aetate iudicavit A. Dumont Fastes éponymiques d'Athènes p. 44, tituli Aezanitici immemor.

---

905 In fragmentis duobus marmoris Hymettii, *a* infra Propylaea, *b* in Pinacotheca. Utrumque exscripsit et coniunxit Koehler.

```
      ΛΟΥ      ƆLԻ
a     ΑϹΥΙΟϹΜΗΝΙΔΟΥϹΦ/
      ΚΑΙΝΟΥΜΜΙΑΒΑϹϹΑ/   ΟΥΚΙΟΥ
      ΝΟΥΜΜΙΟΥΙΕΡΟΚΗΡΥΚ  ƆϹΓΑΡ      b
      ΗΤ‾ΙΟΥΘΥΓΑΤΗΡΤ     ΗΝΕΑΙ
      ΩΝΘΥΓΑΤΕΡΑΝΟ        ΥΜΜΙ///
      ΓΟΤΙΓΙΑΙΕΝ          ‾ΙΙΝ
```

I. e. Λού[κι]ος Ν[ούμμιος Φαιδρέ]|ας, υἱὸς Μήνιδος, Φα[ληρεύς,] | καὶ Νουμμία Βάσσα, [Λ]ουκίο[υ] | Νουμμίου ἱεροκήρυκος Γαρ|[γ]ητ[τ]ίου θυγάτηρ, τὴν ἑα[υ|τ]ῶν θυγατέρα Νουμμί[αν | Κλ]εὼ (?) [Ε]ἴσιδι εὐ[χ]ήν. Cf. adn. ad titulum praecedentem.

---

906 Herma mulieris in ecclesia diruta prope vicum Karela. Ed. L. Ross Archaeol. Aufs. I p. 216. Est etiam in eiusdem schedis.

```
ΗΛΙΑΝ
ΥΜΠΙΑΔΑ
ΙΝΤΗΘΗΝ
ƆΛΒΙΟ. . .
ΛΗΜΟ. . .
ΝΚΛΗ. . . .
```

Var. lect. V. 5 extr. O in exemplari typis expresso, C in schedis.

I. e. [Αὐρ]ηλίαν | [Ὀλ]υμπιάδα | [τὴ]ν τήθην | Ὄλβιο[ς καὶ | Φι]λήμ[ων, τὴν ἀπὸ | συ]νκλη[τικῶν].

Tres priores versus Rossius supplevit, quartum et sextum ego. Quinto versu [Φι]λήμο[νος] (ad τήθην relatum) Ross. Sed ita desideraretur nomen eius qui statuam dedicavit. Litterarum formas alterum p. Chr. saeculum referre recte Rossius dixit, sed iniuria nomine quod est Αὐρηλία eam temporis definitionem confirmare vult; nam potest eodem iure Κορνηλίαν suppleri.

907 Eleusine in basi marmorea. Edd. Clarkius Itin. P. II S. II p. 774. Pouqueville Itin. T. IV p. 120. Ex Fourmonti et Akerbladii schedis Boeckh C. I. G. 438. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 229 n. 37. Exscripsit Velsen. Apographa tria Pittakisii satis mendosa sunt in schedis Boeckhianis.

```
ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ
ΒΟΥΛΗΚΑΙΗΒΟΥΛΗ
ΤΩΝΦΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΟΑΘΗΝΑΙΩΝΚΛΑΥΔΙ
ΑΝΜΕΝΑΝΔΡΑΝΚΛΑΥ
ΔΙΟΥΦΙΛΙΠΠΟΥΤΟΥ
ΔΑΔΟΥΧΗΣΑΝΤΟΣΘΥΓΑΤΕ
ΡΑΚΛΑΥΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΥΕΓ
ΓΟΝΟΝΑΙΛΠΡΑΞΑΓΟΡΟΥΑ
ΠΟΓΟΝΟΝΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ
```

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου | βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ | τῶν Φ καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων Κλαυδί|αν Μενάνδραν, Κλαυ|δίου Φιλίππου τοῦ | δαδουχήσαντος θυγατέ|ρα, Κλαυ. Δημοστράτου ἔγ|γονον, Αἰλ. Πραξαγόρου ἀ|πόγονον, ἀρετῆς ἕνεκεν.

De hac familia vide quae disputavi ad n. 676, quibus etiam aetas tituli definitur.

---

908 Olim Eleusine; deinde per Fauvelium in collectionem Choiseulianam et inde in museum regium pervenit (Clarac. catal. n. 635). Edd. Viscontus Monum. Gab. p. 138 ex schedis Richardi Worsley. Villoison. Mem. Acad. Inscr. T. XLVII p. 332. Dubois catal. coll. Choiseul. n. 207, aeri incisum titulum dedit Claracus in tabulis. Ex his exemplaribus repetivit Boeckh C. I. G. 445. (Lebas Attique 358. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 209 n. 34).

```
ΚΑΤΑΤΟΕΠΕ
ΡΩΤΗΜΑΤΩΝΣΕ
ΜΝΟΤΑΤΩΝΑ
ΡΕΟΠΑΓΕΙΤΩΝ
ΤΗΝΑΦΕΣΤΙΑΣ
ΑΥΡΜΑΓΝΑΝ
ΤΗΝΚΑΙΕΡΜΙΟ
ΝΗΝΟΙΓΟΝΕΙΣ
ΑΥΡΕΠΑΦΡΟ
ΔΕΙΤΟΣΑϹΚΛΗ
ΠΙΑΔΟΥΠΙΤΘΕΥΣ
ΚΑΙΑΥΡΜΑΓΝΑ
ΕΚΠΙΤΘΕΩΝ
```

Κατὰ τὸ ἐπε|ρώτημα τῶν σε|μνοτάτων Ἀρεο|παγειτῶν | τὴν ἀφ' ἑστίας | Αὐρ. Μάγναν | τὴν καὶ Ἑρμιό|νην οἱ γονεῖς | Αὐρ. Ἐπαφρό|δειτος Ἀσκλη|πιάδου Πιτθεὺς | καὶ Αὐρ. Μάγνα | ἐκ Πιτθέων.

Cum omnes homines qui in hoc titulo commemorantur, Aurelii sive Aureliae nomine utantur, M. Aurelii imperatoris aetate antiquior certe non videtur.

---

909 Ubi inventus sit lapis, incertum. Ed. Lebas Attique 59.

```
ΤΟΦΩΝΙΑΦΙΔΙΜΟ
ΑΡΕΤΗΣΚΑΙΣΩΦΡΟΣΥ
ΘΗΚΑΝ ΚΑΘΑΕΝΕΤΕΙ
```

V. 1 Τ(ρ)οφωνία (?) Φιδίμο[υ]. P. Aelius Phidimus Pallenensis ephebus recensetur C. Helvidii Secundi Pallenensis anno, quem annum 192/3 p. Chr. esse infra demonstrabo (part. IX class. 3). Nomen Φείδιμος rarissimum est, neque in titulis Atticis praeter illum quemquam

alium me invenire memini. Quem si eundem cum hoc esse statuerimus, ad priorem tertii p. Chr. saeculi partem huius tituli aetas redibit. V. 2 *ἀρετῆς καὶ σωφροσύ[νης ἕνεκα]*. V. 3 *[ἀνέ]θηκαν, κα[τὰ ἐνετεί-[λατο ὁ δῆμος(?)]*. Quam formulam praeterea invenisse mihi videor in titulo Samio, quem W. Vischerus edidit Musei Rhenani vol. XXII (1867) p. 315 n. II; illic enim ni fallor v. 5 supplendum est *[κα θ']|τι αὐτοῖς ὁ δῆμος ἐνετε[ίλατο]*, id quod editorem fugisse videtur.

---

910 'Athenis in templo *Παναγίας*'. Edd. Boeckh C. I. G. 443 (ex schedis Fourmonti). Pittakis l'anc. Athènes p. 95. (Lebas Attique 356. K. Keil Philol. XXIII p. 597).

ΚΛΕΟΜΕΝΗΣΜΑΝΤΙΟΥΜΑΡΑΘΩΝΙ
ΟΣΚΑΙΦΙΛΗΤΩΛΕΥΚΙΟΥΠΕΙΡΑΙΕΩΣΘΥ
ΤΗΝΕΑΥΤΩΝΘΥΓΑΤΕΡΑΦΙΛΗΤΩΜΥΗ
[ΘΕΙΣ]ΑΝΑΦ[ΕΣΤΙΑΣ]ΔΗΜΗΤΡΙΚΑΙΚΟΡΗ

Var. lect. V. 1 ita dedi, ut eum exhibet Pittakis (et Lebas qui eius exemplum exscripsit), Fourmont ΥΛΕΟΜΙΝΗΣΜΑΝΓΙCΙΜΑΡΑ-ΘΩΝ. || v. 4 Pittakis (Lebas) ....ΑΝΕΘ....ΔΗΜΡΙΚΑΙΚΟΡΗΙ.

Κλεομένης Μαντίου Μαραθώνι|ος καὶ Φιλητῶ Λευκίου Πειραιέως Θυ(γά-τηρ) | τὴν ἑαυτῶν Θυγατέρα Φιλητώ, μυη|θεῖσαν ἀφ' ἑστίας, Δήμητρι καὶ Κόρῃ. Κόρη. Inde ab hoc titulo incipiunt ei, quorum aetas definiri non potest; in quibus eum ordinem tenui, ut primo loco ponerem titulos puellarum, quarum partes aliquae fuerunt in sacris publicis, quales sunt *αἱ ἀφ' ἑστίας μυηθεῖσαι* (n. 910—915), *ἐρρηφόροι* (n. 915—919), *κανηφόροι* (n. 920—923). Ad alterutrum ex his muneribus spectat titulus n. 924. Deinde subiunguntur reliqui tituli honorarii mulierum.

---

911 Marmor Hymettium. Eleusine 'in D. Georgii' Boeckh. 'Ad S. Zachariae' Lenormant et Velsen. Edd. Spon. Itin. T. III P. II p. 193. Wheler Itin. p. 427. (Vandal. Diss. p. 398.) Boeckh C. I. G. 444. Lebas Attique 76 (347). Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 24 n. 8. Exscripserunt A. Schoell et Velsen.

[Η]ΒΟΥΛΗΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑ
[Δ]ΗΜΟΣΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΗΝΜΕΝΝΕΟ.
.ΕΡΝΕΙΚΙΔΟΥΘΥΓΑΤΕΡΑΜΥΗΘΕΙΣΑΝ
[Α]ΕΣΤΙΑΣΔΗΜΗΤΡΙΚΑΙΚΟΡΗΙΑΝΕΘΗΚΕ
[Ε]ΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣΤΗΣΑΝΑΘΕΣΕΩΣ
[Τ]ΟΥΕΠΙΤΡΟΠΟΥΑΥΤΗΣΓΑΙΟΥ
ΚΑΣΙΟΥΣΗΜΑΧΙΔΟΥ

Var. lect. Quae uncis separavi, Lebas (priore loco, nam alterum exemplum n. 357 ex Corpore Inscriptionum Graecarum descriptum est) Lenormant, Schoell, Velsen non habent. Apud Schoellium etiam v. 7 Σ in voce ΣΗΜΑΧΙΔΟΥ deest. Ceterum Velseni apographum longe accuratissimum fideliter expressi. V. 1 Lenormant in fine addit ΓΟΥ-ΚΑΙΟ.

Ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πά[γου καὶ δ]| δῆμος Νεικοστράτην Μεννέο[υ | Β]ερνεικίδου Θυγατέρα, μυη|θεῖσαν | ἀφ' ἑστίας, Δήμητρι καὶ Κόρῃ ἀνέθηκε, | ἐπιμεληθέντος τῆς ἀναθέσεως | τοῦ ἐπιτρόπου αὐτῆς Γαΐου | Κασίου Σημα-χίδου.

---

912 Athenis; ex schedis Mustoxydis Forchhammerus transmisit Boeckhio.

ΗΒΟΥΛΗ
.ΚΝΙΑΝΠΟΛΥΧΑΡΜΟΥ
.ΖΗΝΙΕΩΣΘΥΓΑΤΕΡΑ
.ΥΗΘΕΙΣΑΝΑΦΕΣΤΙΑΣ

Ἡ βουλὴ | [Ἀ]κνίαν(?) Πολυχάρμου | [Ἀ]ζηνιέως Θυγατέρα, | [μ]υη-θεῖσαν ἀφ' ἑστίας.

913 Rhamnunte, in templo. Ed. Velsen Archaeol. Anzeiger 1854 p. 482. Habui etiam ex eiusdem schedis.

ΗΒΟΥ/
ΚΑΙΗΒ
ΩΝΚΑΙΟ
ΚΟΥΝΔΑΝ
ΜΙΣΩΝΟ
=ΣΤΙ

Ἡ βουλ[ὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου] | καὶ ἡ β[ουλὴ τῶν ἑξακοσί]|ων καὶ ὁ [δῆμος ..... Σε]|κοῦνδαν, [Θυγατέρα ... Θε]|μίστωνο[ς, μυηθεῖσαν ἀ|φ'] ἑστί[ας].

---

914 Basis marmoris Pentelici inventa Eleusine '*aux grands Propylées*'. Edd. Pittakis Eph. 3771. Conze Bullettino dell' Inst. 1860 p. 181. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 27 n. 9.

ΚΟΥΡΗΝΥΙΗΟΣΠΕΡΙΩΝΥΜΟΝ
ΙΕΡΟΦΑΝΤΙΣ
ΘΗΚΕΘΕΑΙΣΙΔΙΑΙΣΜΥΣΤΙΝ
ΑΘΗΝΑΙΔΑ

Κούρην υἱῆος περιώνυμον Ἱεροφάντις
θῆκε θεαῖς ἰδίαις μύστιν Ἀθηναΐδα.

---

915 In ara marmoris Pentelici infra mutilata, a. 0,53, l. 0,26, cr. 0,30. Eleusine transscripsit Pouqueville, nunc exstat Athenis in stoa Hadriani. Ed. Pouqueville Itin. IV p. 119. (Boeckh C. I. G. 448). In addendis p. 913 Boeckhius repetivit ex accuratiore apographo quod erat in schedis Koehleri Petropolitani. Lebas Attique 77 (repetivit 359, ex Corpore Inscriptionum transscriptum). Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 212 n. 35. Exscripserunt C. O. Mueller, L. Ross, U. Koehler.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΗΑΠΟΔΑΔΟΥΧΩΝ
ΚΑΙΓΕΝΟΥCΑΠΟΠΕ
ΡΙΚΛΕΟΥCΚΑΙΚΟΝΩ
ΝΟCΚΑΤΑΔΕΜΑΚΕΔΟ
ΝΕCΑΠΟΛΛΕΞΑΝ *'sic' Ross*
ΔΟΥΟΝΟΡΑΤΙΑΝΗ *'sic' Mueller Ross Koehler*
ΠΟΛΥΧΑΡΜΙCΤΗΝ
ΑΦΕCΤΙΑCΙΟΥΝΙΑΝ
ΘΕΜΙCΤΟΚΛΕΙΑΝ
ΤΗΝΘΥΓΑΤΕΡΑ

Var. lect. In infima parte quae linea obducta a ceteris separavi, recentiore demum tempore periisse videntur, nam Lebas uncis inclusit et in O. Muelleri, L. Rossii, U. Koehleri apographis non sunt (v. 10 ICTOKΛEIAN exhibet Koehler).

Ἀγαθῇ τύχῃ. — | Ἡ ἀπὸ δα|δούχων | καὶ γένους ἀπὸ Πε|ρικλέους καὶ Κόνω|νος, κατὰ δὲ Μακεδό|νες (sic!) ἀπὸ Ἀλεξάν|δ(ρ)ου, Ὀν[ω]ρατιανὴ | Πολυχαρμὶς τὴν | ἀφ' ἑστίας Ἰουνίαν | Θεμιστόκλειαν, | τὴν Θυγατέρα.

916 Basis marmoris Pentelici fracta in duas partes, quarum altera exstat a Parthenone orientem versus, altera occidentem versus. Totum titulum ed. Koehler Hermae IV p. 132, inferiorem partem (*b*) Pittakis Eph. 288. Superioris partis (*a*) usus sum apographo a Koehlero confecto.



Var. lect. Litterarum formas ex Koehleri exemplo manuscripto prioris fragmenti (*a*) expressi. Nam in Herma ΣΕΦ pro ΣΕϕ expressa sunt. Littera alpha apud Koehlerum (et in expresso exemplari et in scripto) ubique A est, praeter infimae coronae inscriptionem (v. 10—13), in qua A exhibet. Ceterum magnitudo litterarum in expresso exemplari per totum titulum eadem est, in scripto versuum 5—13 litterae aliquanto minoris moduli sunt, quam antecedentium.

Ἡ βουλὴ κα[ὶ ὁ δῆμος] | Τερτίαν Λευκίου ..... | [Θ]υγατέρα, ἐρρηφορήσα[σαν | Ἀθ]ηνᾷ Πολιάδι. | Ἐπὶ ἱερείας Στρατοκλέας. — Ἡ βουλὴ | [καὶ ὁ δῆμος | ἐρρη]φ[ορ]ή[σ]ασαν. — Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος | ἀφ' ἑστίας | [μυηθεῖσ]α[ν]. — Ἡ βουλὴ | καὶ ὁ δῆμος κανηφορή[σασ]αν Ἐλε[υ|σινίοις. — Κανηφο|ρήσασαν | Ἐπιδαυρί|οις. Stratoclea sacerdos etiam in alio titulo Attico invenitur (v. indicem vol. II), sed ea non potest eadem esse cum hac. Nam illum titulum multo antiquiorem esse quam hunc Koehlerus comparata utriusque litteratura pronuntiavit. Hunc vero imperatorum aetatis esse certum est.

917 In fragmento basis lapidis Hymettii invento inter Parthenona et Propylaea; exstat in Pinacotheca. Edd. Rangabé Ant. Hell. 1140. Schoell Archaeol. Mitth. p. 89. (O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 48 n. 37). Pittakis Eph. 238. 942. (Lebas Attique 348. K. Keil Philol. XXIII p. 599). Exscripsit Koehler. V. 2. 3 exhibet Beulé l'Acropole I p. 334.



[Τὴν δεῦνα .....]ίου ἐξ Οἴο[υ Θυγ|ατέ]ρα, ἐρρηφορήσ[ασ|αν Ἀ]θηνᾷ Πολιάδ[ι ἡ | μήτ]ηρ Ἑλένη Α..|.. ἐκ Μαραθωνίων | [εὐσεβ]είας [ἕνεκα]. Versum 6 Keilius ita potius supplendum putat: *[ἐπὶ ἱερ]είας [τῆς δεῦνος].* Utrumque scriptum fuisse potest.

---

918 In capitulo columnae a dextra fracto, quod fuit olim in arce, nunc est in turri Andronici. Edd. Chandler Inscr. II, 32 p. 55. Stuart Ant. Att. vol. II p. 15 (cf. p. 44). Boeckh C. I. G. 431. (Beulé l'Acropole II p. 255). Pittakis Eph. in adnot. ad n. 96. Lebas Attique 350. Schoell Arch. Mitth. p. 88. (O. Iahn Pausaniae descriptio arcis p. 48 n. 34. K. Keil Philol. XXIII p. 596). Exscripsit Koehler. Apographa Pittakisii et O. Muelleri sunt in schedis Boeckhianis.



I. e. *Ἡ Βουλὴ κ[αὶ] ὁ δῆμος | Ἀπολλοδώραν Ἀπολλοδ[ώρου] | Γαργηττίου Θυγα[τέρα | ἐ]ρρηφορήσασαν Ἀθηνᾷ Πολ[ιάδι].*

---

919 *Εἰς τὴν ἐν Ἀθήναις ἐκκλησίαν τῆς Παναγίας Κυμηνιάτη.* Ed. Pittakis Eph. in adnotatione ad n. 95. (Lebas Attique 351).



[Τὴν δεῦνα] Ἀριστοκλέου ἐρρηφορήσασαν Δήμητρι καὶ Κόρῃ.

---

920 In fragmento basis marmoris Pentelici a superiore dextra sinistra parte mutilo, invento septentrionem versus a Parthenone. Exstat in gradibus Parthenonis. Edd. Pittakis Eph. 986. 2900. Lebas Attique 363. Exscripsit Koehler.



[Κατὰ τὸ ἐπ]ερώτημα [τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου | Βουλῆς Παυ]λείναν Ἀντ[.... | .... κ]ανηφορήσ[ασαν ..... | ἐπὶ ἱερέως] Ἀγαθόποδος.

Agathopus Phlyensis sacerdos (Aesculapii ut videtur) est in titulo n. 693, quem M. Aurelii fere aetatis esse supra demonstravi. Sed is utrum idem sit atque hic an alius diiudicari nequit, praesertim cum pagi nomen hic non exstet.

921 Fragmentum basis marmoris Pentelici, inventum a Lenormanto Eleusine prope magna Propylaea. Edd. Pittakis Eph. 3892. Conze Bullett. dell' Inst. arch. 1860 p. 182. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 260 n. 44. Praeter coronam in qua v. 1—6 scripti sunt, duarum aliarum reliquiae exstant, alterius supra illam, alterius infra v. 8.



Var. lect. Expressi Conzii exemplum, a quo reliqui non recedunt nisi in litterarum formis: Ε Pittakis, Σ Lenormant et Conze. Γ Lenormant et Pittakis, Π Conze. Α omnes, nisi quod v. 8 bis Α exhibet Lenormant. Idem v. 7 litteras ΕΠΙΙ ita collocat ut supra *medium* versum octavum sint, quum Conze et Pittakis in ea collocatione, quam recepi, consentiant.

Ἡ *βουλὴ* | ὁ *δῆμος* | *κανηφο*|*ρήσασαν* | Ἀσκληπι|*ῷ*. — Ἐπὶ *ἱ*[*ερείας*] | Ἀμεινοκλείας *τῆς* Φιλ[..... *θυγατρός*]. Titulus similis fuit ac n. 916. Prior pars cum nomine intercidit. Ceterum *ἡ βουλὴ ὁ δῆμος* sine particula copulativa etiam in titulo Herodis Attici n. 675 leguntur.

---

922 Athenis in parva basi. Ex schedis Koehlerianis ed. Boeckh C. I. G. 431[b]. Add. et corr. vol. I p. 913*a* (inde Lebas Attique 364).

ΕΒΜΡΟΥΙΜ..
ΣΩΣΤΡΑΤΗΘΕΟ
ΚΑΝΗΦΟΡΗΣΑΣΑΙ
ΠΙΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ
ΥΙΟΣΔΙΑΒΙΟΥΓΑ
ΖΑΚΟΡΕΥΟΝΤΟΣΑΙ
ΚΑΙΔΑΔΟΥΧΟΥΝΤΟΣ

I. e. .... Σωστράτη[ν] Θεο[.... *τοῦ δεῖνος δήμου,*] | *κανηφορήσασα*[*ν* ..... *ἐ*]*πὶ* Νικοστράτου [*τοῦ δεῖνος ἱερ*|*έως*] *διὰ βίου* Γα[*ργηττίου,*] | *ζακορεύοντος* Αἰ[*λίου* ....,] | *κ*[*λ*]*ιδ*〈*αδ*〉*ουχοῦντος* [*τοῦ δεῖνος*]. A Boeckhio inprimis ea in re recessi, quod is paucas tantum litteras singulis versus a dextra deesse putavit. Sed id in uno versus 3 fine ita esse primo aspectu videtur, ubi Boeckhius scripsit *κανηφορήσασα*[*ν ἐ*]|*πὶ* Νικοστράτου. Sed quidni interpositum fuerit deorum nomen, quorum in sacris illa *κανηφόρος* fuerit, ut est n. 923 *κανηφορήσα Σαράπιδος καὶ Εἴσιδος*? Ac re vera multo plura intercidisse ex versus 2 fine apparet. Quare versus 4—8 plane aliter supplevi ac Boeckhius, qui scripsit *ἐπὶ* Νικοστράτου [*ἱερ*|*έως*] *διὰ βίου*, Γα... | *ζακορεύοντος* ... | *καὶ δαδουχοῦντος*. Sed in his multa sunt quae admitti nequeant: neque enim quod in Nicostrati nomine propter additam praepositionem *ἐπὶ* licet, ut nomen ante sacerdotii vocabulum collocetur (n. 922), item licet in participio nude posito *ζακορεύοντος*: imo semper inversus ordo observatur, ubi praepositio deest (n. 225 *ἱερατεύοντος* Διονυσίου Κολωνῆθεν. Similiter n. 89. 93. 104—110. 119. 121 et multis aliis locis). Accedit quod daduchi muneri hic, cum haec omnia non possint ad Cereris Eleusiniae sacra pertinere, locus non est, neque eo sacerdotio splendidissimo credibile est eundem hominem functum esse, qui simul etiam minister (*ζάκορος*) fuerit. Quare cliduchiae vocabulum reposui (cf. n. 172. 699) neque id ad eundem hominem rettuli de quo dicitur *ζακορεύοντος*. Si cui in supplementis meis displiceat ordo verborum *ἐπὶ* Νικοστράτου ... *ἱερέως διὰ βίου* Γαργηττίου, is conferat n. 923 ubi non melius disposita sunt haec *ἐπὶ* Παμφίλου *ἱερατεύοντος τοῦ* Ἀντιγένους Μελιτέως.

923 In fragmento Hermae lapidis Pentelici invento *'εἰς τὰ ἀνοιγόμενα θεμέλια τῆς ἐκκλησίας τοῦ Δήμου Ἀθηναίων* 1843'. Koehlerus vidit in turri Andronici. Edd. Pittakis Eph. 887. Ross Demen 127. Lebas Attique 105. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 216. (K. Keil Mus. Rhen. XIX p. 261). Rangabé Ant. Hell. 1097. Denuo cum lapide contulit Koehler.

ΛΙΣΙΣ
ΝΙΩΝΚΑΝΗΦ
ΙΙ ΤΑΡΑΠΙΔΟΣΚΑΙ
ΕΙΣΙΔΟΣΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΕΠΙΓΛΙΦΙΛΟΥΙΕ
ΡΑΤΕΥΣΙΤΟΣΤΟΥ
ΑΝΤΙ/////ΝΟΥΣΜΕ
ΛΙΤ///ΟΣ

[Ὁ *δεῖνα τὴν δεῖνα* Ἀφροδ]*ισίο*[*υ* | *ἐκ* Μαραθ*ω*]*νίων, κανηφ*|[*ορήσασαν*] Σαράπιδος *καὶ* | Εἴσιδος, *ἀνέθηκεν*, | *ἐπὶ* Π[*αμ*]*φίλου ἱε*|*ρατεύ*[*οντ*]*ος τοῦ* Ἀντι[*γέ*]*νους* Με|*λιτ*[*έω*]*ς*.

---

924 Athenis, exstat in impluvio Musei novi. Exscripsit O. Lueders.



I. e. [Κατὰ τὸ] *ἐπερώτ*[*ημα* | *τῆς ἐ*]*ξ* Ἀρείου [*πά*|*γου βου*]*λῆς* Ζω[*ὴν* | Πα]*μφίλο*[*υ* .... *θυγατέρ*[*α* | *κανηφορήσα*]*σαν*(?) *ὁ π*[*ατήρ*. — Ὁ *δεῖνα* Διο]*νυσίου* Εὐπυρ[*ίδης ἐποίησε*]. Utrum v. 6 *ἐρρηφορήσαν* an *κανηφορήσασαν* fuerit, diiudicari nunc nequit.

---

925 In muro balnei maioris, in urbe, vidit Rossius. Edidit Pittakis l'anc. Athènes p. 172. (Rangabé Ant. Hell. 1062. K. Keil Philol. XXIII p. 619). Rossii apographum est in schedis Boeckhianis, quod accurate expressi.

ΗΜΗΙΙ
ΕΩΣΘΥΓΑΤΗΡΑΝΤΙΟΧΟΝΗ
ΑΛΗΡΕΩΣΕΙΛΥΘΕΙΑ.

[Τὴν *δεῖνα*] *ἡ μή*[*τηρ, ἡ δεῖνα τοῦ δεῖνος* ....]*έως θυγάτηρ,* Ἀντιόχο(*υ γυ*)*νὴ* | [Φ]*αληρέως,* Εἰλυθείᾳ.

Versu 2 Ἀντίοχον accusativus nominis quod est Ἀντίοχος esse nequit; neque enim viri imago Ilithyiae dedicari potuit, et v. 3 genetivus [Φ]*αληρέως* indicat de muliere dici, quum de viro Φαληρέα expectemus. Quare Keilius Ἀντίοχον mulieris nomen esse vult, qualia sint Εὔκαιρον, Ὀνασιφόρον, Χλιδανόν, Σοφόν, Γλαῦκον, Ὅμοιον, Ποθεινόν, Πιθανόν. Sed haec omnia nomina quum satis recentia sint, apparet formata esse ex eiusmodi vocibus, quae etiamtum adiectivorum voce fungerentur et propter ipsam vim ac significationem, honorificam plerumque, quae in eis inesset, eiusmodi nomina puellis indita esse. At Ἀντίοχος nomen proprium etsi ab origine adiectivum esse manifestum est, tamen in ea linguae Graecae aetate, quam nos novimus, nullum fuit adiectivum *ἀντίοχος*. Quare quum Ἀντίοχον muliebre nomen ratione et analogia destitutum sit, aliquid peccatum videtur in titulo incidendo; atque lenissima certe medela ea est quam adhibui. Ceterum Keilius reliqua sic supplenda coniecerat: ... *Δημητρί*[*ου τοῦ δεῖνος* ....]*έως θυγάτηρ* Ἀντίοχον Ἡ[*γίου* Φ]*αληρέως* Εἰλυθείᾳ.

926 '*A concave base of Hymettian marble*' (Finlay). Edidit Lebas Attique 89. (K. Keil Philol. XXIII p. 618 sq.). Finlayi apographum est inter schedas Boeckhianas.

ΙΟΥΛΙΟΣΟΠΤΑ
ΤΗΝΕΑΥΤΟΥ[ΘΥΓΑ]
ΙΑΝΡΟΥΦΙΝΑΝΙΛΙΘΥΙΑ
ΧΑΡΙCΤΗΡΙΟΝ
ΙΕΡΙΑCΙCΙΔΩΡΑCΤ
ΣΤΛ

Var. lect. V. 1 primum I om. Lebas. || extr. OIIIA Lebas || v. 2 fin. quae uncis circumdedi omisit Finlay, qui tamen litterae Θ reliquias exhibet hasce: Ϲ || v. 3 init. \ om. Finlay || fin. ΙΑΥΘΥΙΑΙ Lebas, ΙΛΙΟΥΙΑ Finlay || v. 5 primum I om. Lebas || fin. ΛΣC Finlay, ΑΣΤ Lebas. Ceterum hunc versum minoribus litteris quam eos qui antecedunt exhibet Lebas; Finlay non item. || v. 6 reliquias omisit Lebas. Formas litterarum expressi ex apographo Finlayano.

Ἰούλιος Ὀπτᾶ[τος] | *τὴν ἑαυτοῦ θυγα*[*τέρα*] | [Ἰου]λίαν Ῥουφῖναν Ἰλι-θυίᾳ | *χαριστήριον* | [*ἐπὶ*] *ἱερίας* Ἰσιδώρας τ[*ῆς* ...]. V. 1 fin. Ο[*ὑρβ*]α-[*νός*] Keil; quod Finlayi apographo refutatur.

---

927 Salamine in aula monasterii Beatae Virginis; quo pervenisse videtur Eleusine cum aliis lapidibus. Ex schedis Fourmonti ed. Boeckh C. I. G. 447. (Lebas Attique 367. Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 234 n. 40).

ΕΠΙΙΕΡΕΙ
ΕΠΙΓΟΝΟΥ
ΤΙΩΝ
^ΔΙ
ΧΑΡΝΕΩΣ
ΕΡΑΟΠΑΤΗ

V. 1—4 Ἐπὶ *ἱερεί*[*ας τῆς δεῖνος*] | Ἐπιγόνου [*ἐκ Συπα*|*λητ*]*τίων* (? Γαρ-*ηττίων*, Κηττίων, Σφηττίων). V. 5 [Ἀ]χαρνέως. V. 6 [*τὴν θυγατ*]*έρα πατήρ*.

---

928 Eleusine, in muro casae. Edidit Dodwell. Itin. T. II p. 174. (Boeckh C. I. G. 446). In schedis Boeckhianis est apographum Pittakisii; sed id cum videatur ex Corpore Inscr. transcriptum esse satis neglegenter, errores eius ascribere supervacaneum est.

ΙΑΝΡΟΥΦΕΙΝΑΝ
ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΟΛΥΜΠ
ΣΑΘΗΝΗΣΙΝΦΑΙΔΥΝΤΙ
ΤΗΝΑΡΙΣΤΗΝΓΥΝ
ΙΟΥΙΕΡΟΚΗΡΥΚ

....*ίαν* Ῥουφεῖναν [*ὁ κηρυκεύσας τ*]*ῇ ἐξ* Ἀρείου *πάγου βουλῇ* [*ὁ δεῖνα* .., *ὁ*] | *ἀγωνοθέτης* Ὀλυμπ[*ίων, καὶ* Ὀλυμπίου Διὸ]*ς* Ἀθήνησιν *φαιδυν-τής*, ...] | *τὴν ἀρίστην γυν*[*αῖκα* ...|....]*ίου* Ἱεροκήρυκ[*ος θυγα-τρα*]. Versuum 5. 6 supplementa Boeckhii sunt, cetera mea. V. 2 Boeckh *ἢ ἐξ* Ἀρείου *πάγου βουλή*. Sed quae sequuntur 3—4 ab uno homine statuam dedicatam esse indicant; ac si quis supplere conetur *ἢ ἐξ* Ἀρείου *πάγου βουλὴ* [*καὶ ὁ δεῖνα*], ei obstet v. 5 *τὴν ἀρίστην γυ-ν*[*αῖκα*] nam id dici non potuit si una cum marito senatus Areopagitarum statuam dedicasset. V. 3. 4 *ἀγωνοθέτης* Ὀλυμπ[*ιάδος τῆ*]*ς* Ἀθήνησιν Boeckhius; sed *ἀγωνοθέτης* Ὀλυμπιάδος inusitatius dictum, quare Ἀθήνησιν potius ad insequentia rettuli, ut Ὀλυμπίου Διὸς Ἀθήνησιν *φαιδυντής* idem sit, qui *φαιδυντής* Διὸς Ὀλυμπίου *ἐν ἄστει* dicitur n. 291, ut distinguatur ab altero qui est *φαιδυντὴς Διὸς ἐκ Πείσης* (n. 283).

---

929 Eleusine in ruderibus templi Cereris et Proserpinae (*'in einer Mauer neben andern alten Steinen'* Schoell). Ed. Spon Itin. T. III P. II p. 125. Ex eius exemplo et Fourmonti schedis plane consentientibus Boeckh C. I. G. 404. (Lebas Attique 343). Lenormant Recherches archéologiques à Eleusis p. 297 n. 58. Exscripserunt Pittakis (sched. Boeckh.), Schoell, Velsen.

ΤΟΥΑΥΤΟΚ
ΤΟΡΟΣΑΝΔ
ΑΝΚΡΑΤΕΡ|Ο
ΑΡΧΙΕΡΕΥ|Σ
ΑΧΑΙΩ|Ν

Var. lect. Quae a dextra parte linea traducta seiunxi, ea non sunt in apographis Schoellii et Velseni. Praeterea v. 1 extr. OI// Velsen Schoell. || v. 2 extr. AN/ Velsen Lenormant. Videtur igitur lapis recentiore tempore ab ea parte magis etiam mutilatus esse.

Tituli rationem perspici non posse, neque quicquam agnosci nisi v. 1. 2 *τοῦ Αὐτοκρά*[*τορος* et v. 4. 5 *ἀρχιερεὺς* Ἀχαιῶν indicavit Boeckhius. Sed quum ex his ipsis appareat, non plus quam singulas binasve a dextra litteras periisse, neque de ratione tituli perspicienda neque de verbis ipsis supplendis desperandum videtur. Lege igitur: [Ἐπιτρέψαν-*τος*] | *τοῦ Αὐτοκ*[*ρά*]*τορος* Ἀνδ[*ρί*]*αν Κρατερο*[*ς*] | *ἀρχιερεὺς* | Ἀχαιῶν. Fuit igitur mulieris, cui Andriae nomen erat, imago a Cratero sacerdote dedicata. Qui Craterus nescio an idem fuerit cum Alexandrae sacerdotis marito, Lysimachi patre, quem habemus n. 838. Veniae statuae erigendae ab imperatore concessae praeterea duo sunt exempla in titulis Atticis, alterum (n. 844) dubium sane, alterum vero (n. 636) certissimum.

---

930 Eleusine; ed. Spon Itin. T. III P. II p. 102. (Boeckh C. I. G. 449).

ΝΟΥ
ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΗ
ΕΚΒΗΣΑΙΕΩΝ
ΤΟΙΝΘΕΟΙΝ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ

Etsi de tituli ratione dubitari licet, tamen mihi quidem veri simillimum videtur sic fere scriptum fuisse: [*Τὴν δεῖνα* ....]*νου* [*ἡ μήτηρ*] | *Στρατονίκη* | *ἐκ Βησαιέων* | *τοῖν Θεοῖν.* | *Δημήτριος* | [*ἐποίησεν*]. Sed cum non constet, utrum versus 2—5 integri sint an mutili, possit etiam, quod iam Boeckhio in mentem venerat, v. 2 *Στρατονίκη*[*ν*] suppleri, ita ut Stratonice sit ipsa, quae statuae honore afficitur, Demetrius vero is qui dedicat. Utique non licet, quod item Boeckhius proposuit, ita legi: *Στρατονίκη ἐκ Βησαιέων τοῖν Θεοῖν Δημήτριος* (sc. *ἀνέθηκεν*). Nam eius hominis, cuius statua est, nomen non licet nominativo casu efferri, nisi tum, cum eius qui dedicat nomen omnino omittitur (n. 791. 944. 948—952). Atque omnino ille nominativus Imperatorum aetate rarus est in titulis honorariis et certis legibus adstrictus, de quibus alio loco dicendum erit.

931 Basis lapidis Hymettii, inventa in arce. Edd. Pittakis Eph. 100. Rangabé Ant. Hell. 1027. (Lebas Attique 21. O. Iahn Pausaniae descr arcis p. 49 n. 43). Beulé l'Acropole II p. 302 versuum dispositione neglecta.

ΕΥΔΗΜΟΣΠΟΛΥΕΥΚΤΟΥΦΛΥΕΥΣ
ΚΑΙΑΓΑΡΙΣΤΗΠΟΛΥΕΥΚΤΟΥΦΛΥΕΩΣ
ΘΥΓΑΤΗΡΤΗΝΜΗΤΕΡΑΣΤΡΑΤΟΚΛΕΙΑΝ
ΕΥΔΗΜΟΥΜΕΛΙΤΕΩΣΘΥΓΑΤΕΡΑΑΘΗΝΑΙΠΟΛΙΑΔΙ

Εὔδημος Πολυεύκτου Φλυεὺς | καὶ Ἀγαρίστη Πολυεύκτου Φλυέως | θυγάτηρ τὴν μητέρα Στρατόκλειαν | Εὐδήμου Μελιτέως θυγατέρα Ἀθηνᾷ Πολιάδι.

---

932 In basi marmoris Hymettii a dextra mutila, a. 0,15, inventa septentrionem versus ab Erechtheo. Exstat in gradibus Parthenonis. Ed. Pittakis Eph. 993. Contulit Koehler.

ΕΙΣΙΔΟΤΗΝ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΝ
ΟΠΑΠΠΟΣΑΓΑΘ
ΤΟΥΣΕΑΥΤΩΝΘ
ΤΗΣΑΦΡΟΔΕΙΣ'

Permulta a dextra parte periisse inprimis v. 3. 4 indicant. Nam ex plurali ἑαυτῶν apparet, praeter avi nomen etiam aliud, aviae ut videtur, versu tertio scriptum fuisse. Quare de restituendo in integrum titulo desperandum est; sed sic fere videtur compositus fuisse: Εἰσιδότην [..... καὶ τὸν δεῖνα] | Μαραθώνιον [καὶ τὸν δεῖνα τοῦ δεῖνος δήμου] | ὁ πάππος Ἀγαθ[..... καὶ ἡ τήθη ἡ δεῖνα] τοὺς ἑαυτῶν θ[υγατριδοῦς· ἐπὶ ἱερείας τῆς δεῖνος] | τῆς Ἀφροδεισί[ου .... θυγατρός]. Quod nomine masculini generis τοὺς θυγατριδοῦς neptis cum duobus nepotibus comprehenditur, vix quemquam offendet; neque id quin in lapide scriptum fuerit dubitari licet.

---

933 Lapis Pentelicus; inventus esse dicitur septentrionem versus a Propylaeis. Exstat in gradibus orientalibus Parthenonis. Ed. Pittakis Eph. 4022. Exscripsit O. Lueders.

ΗΙΕΡΕΙΑ
ΤΗΣΕΝ////
ΝΑΙΚΩ////
ΠΙΑΣΕ=
ΦΑΙΝΑΡ////
ΔΗΜΟ\////
ΠΙΑΔΟ\///
ΡΟΣΚ^/////
ΤΟ///////////
ΗΣΥΛ////

Neque restitui potest titulus, neque de eius ratione certi quicquam dici. V. 1 Ἡ ἱέρεια. V. 2 τῆς ἐν (videtur ad deae alicuius nomen pertinere, cuius sacerdos titulum dedicavit, veluti ἡ ἱέρεια [τῆς Δήμητρος] τῆς ἐν [Ἀγραις]). V. 3 non expedio, nam [γυ]ναικῶ[ν], quod in mentem venit, quomodo cum antecedentibus et insequentibus coniunctum fuerit, vix quisquam dicat. V. 4 [Ἀσκλη]πιὰς ἐ[ξ ....]. Hoc videtur sacerdotis quae dedicavit nomen, cum v. 6 Φαιναρ[έτην] eam designare videatur, cuius est statua, praesertim cum hoc quoque nomen sacerdotem aliquam gessisse appareat ex titulio n. 622, Hadriano imperatore composito. V. 6 δήμο[υ]. V. 7 [Ἀσκλη]πιάδου. Cetera plane incerta.

934 Fragmentum basis lapidis Hymettii, a. 0,23, l. 0,19, inventum in arce. Ed. Pittakis Eph. 2666.

ΗΝΑΙ
ΙΣΤΡΑΤΗΝ
ΠΠΟΚΛΗΣ
ΠΑΛΗΤΤΙΟΣ
\ΥΡΑ

[Ἀθ]ηνᾷ [....|...]ιστράτην [.....|... Ἱ]ππoκλῆς [τοῦ δεῖνος | Συ]παλήττιος. Ultimi versus reliquiae incertae.

---

935 Fragmentum basis lapidis Pentelici, undique mutilum, inventum occidentem versus a Parthenone; exstat in Pinacotheca. Ed. Pittakis Eph. 1808. Exscripsit Koehler.

ΩΝΙΔΟ
ΗΝΕΑΥ
ΝΔΙΟΥΜ
ΝΕΟ

[Ὁ δεῖνα Λ]εωνίδο[υ ...|.. τ]ὴν ἑαυτ[οῦ θυγατέρα, ...]νδίου (ve ....ά]νδ[ρ]ου) Μ[..... (pagi nomen) γυναῖκα, ἀ]νέθ[ηκεν].

---

936 Fragmentum marmoris Eleusinii, infra Propylaea; titulus lect difficillimus. Exscripsit Koehler.

/////ΙΩ////////////////Ι
ΙΟΥΒΑΝΑΘΥΓΑΤΕΡΑ
ΗΣΕΝΕΚΑ

[Τὴν δεῖνα | ....]ίου Βάνα θυγατέρα | [ἀρετ]ῆς ἕνεκα. Quale sit nomen Βάνας, ignoro. Sed aliter legi titulus vix potest.

---

937 Ἐπὶ μικροῦ τεμαχίου εἰς τὸ γυμνάσιον τοῦ Ἀδριανοῦ 1832' Pittakis, cuius apographum est inter schedas Boeckhianas.

//////////////////////////////
////////Σ Τ Η Σ ///////
///ΟΥΘΥΓΑΤΕΡΑ

[Ὁ δεῖνα τὴν δεῖνα | ἀρετῆς ἕνεκα | ἀνέ]στησ[εν, τὴν | ἑαυτ]οῦ θυγατέρα.

938 Eleusine in puteo. Ed. Bursian Bullettino dell' Instituto arch. 1855 p. XXII. Exscripsit Velsen.

Π Ο Μ Ν Η Ι
Τ Η Σ Ε Ξ Α Ρ
Ο Υ Β Ο Υ Λ Η Σ
Ι Ν Τ Η Ν Α

[Κατὰ τὸν ὑ]|πομνημ[ατισμὸν] | τῆς ἐξ Ἀρ[είου πάγ]|ου βουλῆς [. . . . .]|ί[α]ν τὴν α[ὑτοῦ θυ]|γατέρα ὁ δεῖνα]. Supplementa mea sunt; atque etsi Bursianus nihil nisi senatus Areopagitici nomen intellegi posse dixit, tamen non dubito quin etiam ὑπομνηματισμοῦ vocabulum, quod praeterea est n. 321. 806. 843. 878, iure restituerim; neque ultimi versus reliquiae dubitari sinunt, quin hic sit mulieris alicuius titulus honorarius.

---

939 Athenis; ex schedis Fourmonti ed. Boeckh C. I. G. 442. (Lebas Attique 350).

. . . Ρ Ο Υ Λ Ω Ↄ Ι Δ Ε Λ Φ Ν W . . .
. . . ΕΛΦΙΝΙ . . . . ΤΗΝΙΕΡ . . .
C . . ΥΘΙΟΥΧΟΛΛΕΙ/. . . . . .
Ↄ Λ Ν Η Ρ . . Ν Ε Θ Η Κ Ε Ν Ε Υ Θ . . .
. . . ΧΟΛΛΕΙ . . . . .

[Ἀπ]ό[λ]λω[ν]ι Δελφιν[ί]ῳ [. . .|. Δ]ελφινί[αν?] τὴν ἱέρ[ειαν, τοῦ δεῖνος | θυγατέρα, Ε]ὐθ[ίου Χολλεί[δου γυναῖκα,] | ὁ ἀνὴρ [ἀν]έθηκεν Εὐθ[ίας | τοῦ δεῖνος] Χολλειδ[ῆς]. V. 1 dei nomen restituit Boeckhius, v. 2 τὴν ἱέρει[αν], v. 4 [ἀν]έθηκεν, v. 5 Χολλεί[δης]. Cetera a me suppleta sunt, quae Boeckhius intacta reliquerat praeter v. 4 init., ubi [Π]υθίου supplevit et hoc nomen commate interposito ab insequenti Χολλειδ . . separavit. Sed et ipsius nominis reliquiae et demoticon quod est Χολλείδης hic et v. 5 de eodem homine dici indicant.

940 Fragmentum tabulae(?) lapidis Pentelici, inventum in domo Finlayi. Ed. Pittakis Eph. 2769. Periisse videtur.

Δ Ι
Γ Υ Ν Α Ι Κ Α
Φ Ρ Ο Σ Υ Ν Η
Ω Ν Δ Ε Δ Η Μ Ο Σ
Ι Σ Π Ε Λ Ε Ι : Κ Α
Α Γ Κ Ι Ο Υ Λ Η Τ

Eo minus quicquam certi de hoc fragmento statui potest, quod non satis accurate exscriptum videtur. Initio agnoscuntur: [τὴν δεῖνα τοῦ δεῖνος] γυναῖκα, [ἀρετῆς | ἕνεκα καὶ σω]φροσύνης. V. 4 [τ]ῶν δὲ δημοσ[ίων]. V. 5 plane obscurus. V. 6 item, nisi paullo audacius . . . α[ν ἡ β]ουλὴ τ[ῶν X (aut Φ)] legere velis.

---

941 Athenis; ex schedis Fourmonti ed. Boeckh C. I. G. 436. Periisse videtur.

Κ Μ Υ Δ Ι Λ Α Ρ Ι Σ Τ Ο
Ν Ι Κ Η Τ Ι Β Ε Ρ Ι Ο Υ Κ Λ Α
Δ Ι Ο Υ Δ Α Δ Ο Υ Χ Ο Υ Κ Α
Κ Λ Α Υ Δ Ι Α Σ Δ Α Μ Ο
Κ Ρ Α Τ Α Σ Θ Υ Γ Α Τ Η Ρ

Κ[λαυ]δί[α] Ἀριστο|νίκη, Τι|βερίου Κλα[υ]|δίου Δαδούχου κα[ὶ] | Κλαυδίας Δαμοκράτας θυγάτηρ. Hic collocavi titulum, quia nihil continet nisi mulieris nobilis nomen neque sepulcralis esse videtur. Tamen num huius feminae, cuius nomen *nominativo casu* effertur, statuae subscriptus fuerit, valde dubium est (cf. adn. ad n. 930). Ti. Claudii nomina in daduchorum Melitensium familia tot hominibus inde a Claudii principatu usque ad Commodum et Severum communia sunt (v. adn. ad n. 676) ut inde de tituli aetate nihil colligi possit.

---

942 Athenis. Ed. Pocock. P. I c. 5 s. 4 p. 52 n. 41. Ex eo et Fourmonti schedis Boeckh C. I. G. 441 (inde transscripsit Lebas Attique 366). Periisse videtur.

Γ Μ Λ Τ Ι Μ Ε Ι Ε Ν Τ Η Ι
Λ Α Δ Ι Ε Ι Δ Ι Υ Ϲ Ε Ν Ο Π Α
Τ Η Ρ Ε Ὺ Τ Υ Χ Α Ι Α Ν Φ Ι Λ Α Ρ
Γ Υ Ρ Ο Υ Κ Λ Ο Τ Α Μ Ο Α Β Ο Υ
Λ Η Τ Η Φ Ι Γ Α Ι Α Ε Δ Ω Ρ Η Ϲ Α Τ Ο
Τ Η Ν Ι Ε Ρ Ε Ι Α Ν

. . . . τιμ . . . . ἐν τῇ [Ἑλ]|λάδι εἴδ[ρ]υσεν ὁ πα|τὴρ Εὐτυχαίαν Φιλαρ|γύρου . . . . . [ἡ] βουλὴ τῇ . . . . ἐδωρήσατο | τὴν ἱέρειαν. Sic Boeckhius, neque ura mihi restituere licuit propter nimiam apographi pravitatem.

CLASSIS DECIMA.

MONVMENTA HOMINVM ILLVSTRIVM QVI ANTIQVIORIBVS TEMPORIBVS FVERVNT.

943 Βάθρον λίθου πυρρου̃, inventum in domo prope Lysicratis monumentum; exstat in museo societatis archaeologicae. Edd. Kumanudis Παλιγγενεσία 5 Αὐγ. 1865 (Ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. ἀρ. 1). A. Conze Archaeol. Anzeiger n. 206. Februar. 1860 p. 183. Exscripsit Koehler. Cf. quae de titulo disseruit C. Lugebil Jahrbücher für class. Philol. Suppl. V p. 539 sqq.

ΚΟΔΡΟΥΤΟΥΤΟΠΕΣΗΜΑΜΕΛΑΝΘΕΙΔΑϹ
ΞΕΙΝΕΤΟΚΑΙΜΕΓΑΛΗΝΑϹΙΔΑΤΕΙΧΙϹΑ⁻
ϹΩΜΑΔΥΠΑΚΡΟΠΟΛΗΙΦΕΡΩΝΤΑΡΧΥϹΕΝ
ΛΑΟϹΕϹΑΘΑΝΑΤΟΥϹΔΟΖΑΝΑΕΙΡΑΜΕ

Κόδρου τοῦτο πέσημα Μελανθείδαο [ἄνακτος,]
ξεῖνε, τὸ καὶ μεγάλην Ἀσίδα τειχίσατ[ο].
σῶμα δ' ὑπ' ἀκροπολῆι φέρων τάρχυσεν [Ἀθηνέων]
λαός, ἐς ἀθανάτους δό[ξ]αν ἀειράμε[νος].

Ingeniosa est Lugebilii coniectura, Ἀσίδα hoc loco intellegendam esse non Asiam sed Atticam, cuius inter nomina antiqua etiam Ἀσίς recensetur (Euphorio ap. schol. Dionys. Perieg. ad v. 620); quamquam potest etiam ita explicari, ut morte Codri (praeter Atticam ab incursione hostium liberatam) *etiam* id effectum esse dicatur, ut Asiae ora oppidis munitis cingeretur; atque huic interpretationi particula καὶ addita favere videtur. Τοῦτο πέσημα Lugebilius de anaglypho Codri mortem repraesentante interpretatur, quod non probo, quia ita tollitur oppositio quae est inter πέσημα et σῶμα. Id enim dicere voluisse videtur qui hoc carmen composuit, *mortuum* quidem esse ipso hoc loco Codrum, sed non *sepultum*. Neque vero licet negari, haec verba τοῦτο πέσημα, praesertim in huius carminis sermone contorto potius et tumido quam eleganti, ita accipi posse ut significent: 'hic est *locus, ubi* cecidit'; similiter enim apud Xenophontem anab. II, 2, 6 ἡ μάχη de loco dicitur, ubi pugnatum est. Quam paragraphum qui scripsit, etiamsi non ipse fuit Xenophon, certe homo Graecus fuit non recentioris aetatis ea qua hoc epigramma compositum est.

---

944 Fragmenta basis lapidis Hymettii, a. 0,22, l. 0,63, cr. 0,41, inventa ad ecclesiam Παναγίας πυργιωτίσσης. Exstant in museo societatis archaeologicae. Edd. Kumanudis Ἐπιγρ. Ἑλλ. ἐκδ. δαπ. τῆς ἀρχ. ἑταιρίας 1860 ἀρ. 22. Pittakis Eph. 3702.



Λυκοῦργος | ὁ ῥήτωρ. Suo iure C. Wachsmuth (Die Stadt Athen I p. 615) cum ex litterarum formis tum ex ipsis tituli verbis apparere dixit, eum non ante Romanorum dominationem lapidi incisum esse. Certe si Lycurgi aetate scriptus esset, illud ὁ ῥήτωρ abesset ac potius simpliciter Λυκοῦργος Λυκόφρονος legeretur, ut Cononis filiique statuis in arce nihil subscriptum fuit nisi Κόνων Τιμοθέου et Τιμόθεος Κόνωνος. Ceterum aeneam Lycurgi oratoris statuam commemorat Paus. I, 8, 2.

945 Basis. 'In domo Σταυρωτοῦ Κονδοῦ' Fourmont. Nunc est in turri Andronici. Edd. Boeckh C. I. G. 135 (ex schedis Fourmonti). Pittakis l'ancienne Athènes p. 502. Exscripsit Koehler.

ϽΣ
ΛΑΕΞΑΝΔΡΟΝ
ϽΙΛΙΠΠΟΥΥΙΟΝ

Var. lect. Primi versus reliquias solus Koehler habet. Reliqua Pittakis sic exhibet: ΑΛΕΞΑΝΔΟΥΦΙΛΙΠΠΟΥ. Tamen quin idem sit titulus non dubitandum.

[Ὁ δῆμ]ος
[βασιλέα Ἀ]λέξανδρον
[βασιλέως] Φιλίππου υἱόν.

Regium nomen v. 2. 3 supplendum esse spatii rationes docent, si comparaveris reliquias v. 1. Titulum ab ipsius Alexandri aetate fere tribus aut quattuor saeculis distare cum ex litterarum formis apparet tum ex voce υἱός addita; nam id in *metricis* quidem titulis iam antiquo tempore fiebat (Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖος μ' ἐπόησε Paus. V, 10, 2, Πεισίστρατος Ἱππίου υἱός Thuc. VI, 54, 7), sed in eis qui pedestri oratione compositi sunt, Romanae aetatis est.

---

946 Herma marmoris Pentelici sine capite, a. 0,57, l. 0,31, cr. 0,26. Εὑρέθη εἴς τινα οἰκίαν παρὰ τὴν ἐκκλησίαν Καπνικαραίαν'. Exstat in stoa Hadriani. Inferiorem partem inde a v. 4 ex Fourmonti apographo ed. Boeckh C. I. G. 136, totum titulum Pittakis Eph. 3447. H. Brunn Bullett. dell' Inst. 1860 p. 56 sqq. Heydemann Marmor-Bildwerke p. 90 n. 240. Exscripsit Koehler.

ΟΝΝΙΚΟΜ
ΛΟΥΣΟΦΙΗ
ΞΠΙΙΣΤΟΡΑ
ΓΑΣΗΣΣΤΙ
ΣΕΝΑΛΕΞΑΙ
ΛΡΟΣΘΕΙΟΝ
ΛΡΙΣΤΟΞΕΛ

[Τ]ὸν Νικομ[ά|χ]ου, σοφίη[ς | ἑ]πίστορα | πάσης,
στ[ή]|σεν Ἀλέξα[ν|δ]ρος θεῖον | [Ἀ]ριστοτέλ[η].

Imperatorum Romanorum aetatem indicant litterarum formae, id quod vidit Brunnius; neque ante alterum p. Chr. saeculum titulis incisus videtur. Nam Atticum certe titulum, qui litteras ita inter se coniuncta habet ut v. 7 sunt Τ et Ε, Hadriani aetate antiquiorem novi nullum (cf. n. 622. 625. Nam tituli antiquioris n. 550 aliam videri rationem esse exposui ad n. 645).

947 'Athenis ad vestibulum arcis, Cyriac. p. XV n. 113 atque ex schedis Cyriaci Murat. T. II p. DCLXXXI. 6 et ex suis T. III p. MDCCLXXIV. 4. Hinc Iacobs. Paralip. Anthol. II p. 800. Anthol. Palat. Append. n. 276' Boeckh C. I. G. 911.

ΟΥΔΕΤΥΧΗΣΣΕΔΑΜΑΣΣΕΠΑΛΙΝΚΛΙΝΑΝΤΑΤΑΛΑΝΤΑ
ΔΥΣΜΕΝΕΩΝΟΛΟΗΝΥΒΡΙΝΑΛΕΥΑΜΕΝΟΝΗΙΣΕΤΕΛΟΣ
ΘΑΝΑΤΟΙΟΚΙΧΑΝΕΝΩΣΠΑΥΡΟΥΣΠΡΟΤΕΡΩΝΑΝΕΡΑΣ
ΑΓΧΙΘΕΩΝΤΩΙΡΑΚΑΙΑΖΟΜΕΝΟΣΣΟΦΙΗΣΕΟΝΗΓΗΤΗΡΑ
ΕΤΗΣΕΝΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣΚΛΕΙΝΟΝΑΠΑΣΙΘΕΟΝ

Var. lect. 'V. 5 dedi ΘΕΟΝ ex Murat. T. III, vulgo ΘΕΩΝ' Boeckh. Mira de hoc titulo leguntur apud Pittakisium l'anc. Athènes p. 247: '*Récemment j'ai découvert à côté des Propylées sur un fragment de marbre cette inscription*:

ΣΟΦΙΗΣΗΓΗΤΗΡΑ . . . . ΚΛΕΟΣ . . . .
ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗ . . . . . ΡΟΣ . . . . . .

Peut-être ce fragment faisait-il partie d'un piédestal trouvé par M. Cyriac avec cette inscription (sequuntur tria disticha illa ex Corpore Inscr. Graec. petita)'. Sive re vera invenit eiusmodi fragmentum, iure mireris, quomodo ad illum titulum referre potuerit, in quo neque Aristotelis nomen neque vocabulum *κλέος* neque syllaba *ρος* legitur; sive ipse finxit, id quod mihi veri simile ac paene certum est, mirum est, eum non callidius finxisse.

Initium carminis periisse manifestum est. Quae exstant haec sunt:

οὐδὲ τύχης σ' ἐδάμασσε πάλιν κλίναντα τάλαντα
δυσμενέων ὀλοὴν ὕβριν ἀλευάμενον,
ἦ σε τέλος θανάτοιο [πολυκλαύτοιο] κίχανεν
ὡς παύρους προτέρων ἀνέρας ἀγχιθέων·
τῷ ῥα καὶ ἀζόμενος σοφίης ἕδος ἠγητῆρα
[σ]τῆσεν Ἀλέξανδρος κλεινὸν ἅπασι θεόν.

In alterius distichi versu hexametro socordia lapicidae propter *ὁμοιοτέλευτον* omissum est vocabulum, quod probabiliter supplevit Boeckhius. Hoc epigramma ad Aristotelem referendum esse et ita quidem compositum, tanquam si Alexander Magnus praeceptoris statuae a se dedicatae id subscribi iussisset, Welckerus vidit (apud Boeckhium). Cui Boeckhius ita assentitur, ut statuam Aristotele et Alexandro etiamtum vivis dedicatam fuisse existimet, post utriusque mortem demum epigramma incisum: nam aliter non posse explicari, quod in basi statuae ab Alexandro dedicatae, quem anno ante Aristotelem occubuisse notissimum est, ipsius Aristotelis mors commemoretur. Sed cum ex n. 946 appareat, Hadriani aetate, qua omnino antiquitatis memoria ab Atheniensibus summa diligentia recolebatur, eiusmodi monumenta conficta esse, ne hoc quidem epigramma statuae re vera ab Alexandro dedicatae subscriptum esse puto; praesertim cum vanus et frigidus sermonis tumor, qualis in eo inest, Hadriani potius quam Alexandri et Aristotelis aetati convenire videatur. Neque mihi persuadebitur, fieri potuisse ut Aristoteles ab aequalibus aut hominibus aetate subparibus *Θεός* vocaretur.

948 Basis marmoris Pentelici, orientem versus a Propylaeis. Edd. Pittakis Eph. 3367. H. Brunn Bullettino dell' Instituto arch. 1864 p. 88 (ex Decharmii litteris). W. Vischer Mus. Rhen. XXII p. 322. Contulit Koehler.

ΦΙΛΗΜΩΝΔΑΜΩΝΟ
ΔΙΟΜΑΙΕΥΣ
ΚΩΜΙΚΟΣΠΟΙΗΤΗΣ

Φιλήμων Δάμωνο[ς] | Διομαιεὺς | κωμικὸς ποιητής.

Hunc titulum tertii ante Chr. saeculi esse pronuntiavit Vischerus. putavit sine dubio eum Philemonis, nobilissimi novae comoediae poetae, statuae ab aequalibus positae subscriptum fuisse. Sed ei de aetate tituli sententiae non modo litterarum formae obstant (praeter Σ, quod Vischerus ipse omnibus locis pro Ϲ scriptum esse expressis verbis testatur, etiam Φ et Μ) sed etiam demotici forma quae est *Διομαιεύς* pro *Διομειεύς* vel *Διομεεύς*. Nam non ante alterum p. Chr. saeculum inter se commutantur demotica in *-αιεύς* et *-ειεύς* (*-εεύς*) exeuntia, ita ut et *Διομαιεύς*, *Ἐρικαιεύς*, *Τριναιεύς* scribatur et *Βησεύς*, *Κυδαθηνεύς*, *Πειρεεύς*, *Ἠγεεύς*. Denique etiam additum *κωμικὸς ποιητής* ab ipsius Philemonis aetate alienum videtur. Quare aut iunioris alicuius Philemonis hunc esse titulum, aut antiquo illi ac nobili poetae quattuor fere post mortem saeculis positum apparet. Atque diversum quidem ab antiquo illo hunc esse coniciat aliquis ex pagi nomine quod est *Διομαιεύς*, quum natum Syracusanum fuisse constet (Suidas *Φιλήμων*): at quum Athenis per maximam partem vitae commoratus sit, videtur ibi civitatem quoque nactus esse; tum autem etiam pago alicui ascriptus est. Quod is qui statuam erigendam curavit aliquis ex ipsius Philemonis propinquis fuit, civis Atheniensis pagi Diomeensium, facile intelligitur cur neque *Συρακόσιος* neque *Ἀθηναῖος* sed *Διομαιεύς* scripserit. Et cum patris quoque nomen (*Δάμωνος*) idem sit, dubitandum non est, quin nobilissimus ille poëta intellegendus sit, praesertim cum nominativus casus imperatorum Romanorum aetate non fere usurpetur in titulis honorariis aequalium, sed in iis modo, quibus hominum nobilium iamdudum defunctorum memoria recolitur; nam in hoc genere usitata illo tempore formula *ὁ δεῖνα (ἡ βουλή, ὁ δῆμος) Φιλήμονα Δάμωνος Διομεέα* minus apta esset.

949 Marmor nigrum in duas partes fractum, inventum in theatro Bacchi. Ed. Rhusopulos Eph. nov. 209. Phil. IV p. 95 n. 6. Exscripsit O. Lueders.



Θέσπις. — Hi tituli n. 949—951 subscripti fuerunt statuis poëtarum scaenicorum in theatro positis. Eas non ad ipsorum poëtarum aetatem referendas esse sponte patet, et si ex litterarum formis coniecturam facere licet, imperatorum Romanorum aetate non sunt antiquiores.

950 Basis lapidis Hymettii inventa in theatro. Edidit Rhusopulos Eph. nov. 208. Phil. IV p. 95 n. 7. Bullettino dell' Instituto 1862 p. 166. Exscripsit O. Lueders.

ΤΙΜΟΣΤΡΑΤΟΣ

Τιμόστρατος. — De Timostrato poëta comico incertae aetatis cf. Meineke Fragm. Comm. I p. 499. IV p. 595.

951 Basis marmoris Pentelici, inventa in theatro Bacchi. Edd. Rhusopulos Eph. nov. 212 (cf. ibid. p. 158). Kumanudis Phil. III p. 563.

Δ Ι Ο Ν Υ Σ Ι Ο Σ

Διονύσιος. Hic videtur esse Dionysius Sinopensis mediae comoediae poëta, de quo cf. Meineke Fragm. Comm. I p. 419. III p. 547. Nam Dionysii Syracusani tyranni, quamvis multas tragoedias scripserit (Nauck Fragm. Trag. p. 616 sqq.), tamen vix putaverim propterea statuam in theatro Attico inter principes poësis scaenicae erectam esse.

952 Basis marmoris Hymettii, inventa in theatro Bacchi. Edd. Rhusopulos Eph. nov. 213 (cf. ibid. p. 158). Kumanudis Phil. III p. 56 G. Hirschfeld (Tituli statuariorum 40). Archaeol. Zeitg. XXX (187 p. 22 tab. 60 n. 12.

Δ Ι Ο Μ Η Δ Η Σ

Δ Η Μ Η Τ Ρ Ι Ο Σ Π Τ Ε Λ Ε Α Σ Ι Ο Σ
Ε Π Ο Ι Η Σ Ε Ν

Lineas quibus Demetrii nomen interpositum est, Hirschfeld in lapi esse testatur.

Διομήδης. — *Δημήτριος Πτελεάσιος ἐποίησεν.*

Etiam hunc titulum ex eodem genere esse ac n. 949—951 coniec ris, etsi de Diomede aliquo poëta nihil memoriae proditum est.

CLASSIS VNDECIMA.

TITVLORVM HONORARIORVM INCERTI GENERIS FRAGMENTA.

953 'Athenis in gymnasio Ptolemaei' Fauvel, cuius ex litteris editus est titulus Mag. encycl. a. XVI (1811) T. II p. 143, et inde a Boeckhi C. I. G. 318. 'Dans la maison de Barbanos' Pittakis, qui edidit l'ancienne Athènes p. 54. Habui duo apographa, alterum L. Rossii i schedis Boeckhianis, alterum O. Luedersii qui inaedificatum dicit lapidem ad partem occidentalem turris, quae ad meridionalem partem sto Attali posteriore tempore exstructa est. Fauvelius et Pittakis titulum multo pleniorem exhibent, quam est in exemplaribus Rossii et Lu dersii. Sed cum uterque illorum in eis quae etiamnunc exstant, et inter se et cum Rossio Luedersioque fere consentiat, in eis vero, qu apud hos non sunt, plane discedant Fauvelii Pittakisiique apographa, cumque lapis inde ab antiquis temporibus inaedificatus sit, ita ut fie non potuerit ut pars aliqua eius deperiret, utriusque exemplum interpolatum esse apparet. Qua de causa separatim exhibeo primum Ross Luedersiique, deinde Fauvelii et Pittakisii exemplaria, et in his quidem, quo clarius appareat interpolatio, ea quae Rossius et Lueders leg runt in lapide lineis traductis a reliquis separavi.

Ross:

Ι Η Ε Ξ Α Ρ Η Ο Υ Π Α Γ Ο
Η Μ Ο Σ Κ Α Ι Η Β Ο Υ Λ
Ξ Α Κ Ο Σ Ι Ω Ν Σ Τ Ι
Ɔ Σ Ω Ξ Ε
Π Ο Λ Ε Ω

Lueders:

Η Ε Ξ Α Ρ Ε Ι Ο Υ Π Α Ι
Η Μ Ο Σ Κ ////////////////// Υ Λ
Ξ Α Κ Ο Σ Ι Ω Ν ¯ Ι Β Ε Ρ Ι
Ɔ Σ Ɔ ////// Ε ////////////////////////
//////////////// Π ⌒ Λ Ε Ϛ //////////
//

Fauvel:

Η Β Ο Υ Λ Η | Η Ε Ξ Α Ρ Η Ο Υ Π Α Γ Ο | Υ
Κ Α Ι Ο Δ | Η Μ Ο Σ Κ Α Ι Η Β Ο Υ Λ | Η
Π Ε Ν | Τ Α Κ Ο Σ Ι Ω Ν Τ Ι Β Ε Ρ Ι | Ω Ι
Α Δ Ε Λ Φ Ω Ι | Θ Ε Ω | Ι Δ Η Μ Ι Ο Υ Ρ Γ Ω Ι
Ε Υ Ε Ρ Γ Ε Τ Ω Ι Τ Η Σ | Π Ο Λ Ε Ω | Σ

Pittakis:

Η Ε Ξ Α Ρ Ε Ι Ο Υ Π Α Γ Ο | Υ Β Ο Υ Λ Η Κ Α Ι Ο
[Δ] Η Μ Ο Σ Κ Α Ι Η Β Ο Υ Λ | Η Τ Ω Ν Ε
Ξ Α Κ Ο Σ Ι Ω Ν Σ Τ Ρ | Α Τ Η Γ Ο Υ Σ
Ο Σ . . . [Ε] Ξ Ε | Λ Ε Ξ . . . Ε Κ Τ Η Σ
Π Ο Λ Ε Ω | Σ

Vides quam accurate in eis partibus apographorum Fauvelii et Pittakisii redeant ea quae sunt apud Rossium et Luedersium, paucis erroribus inmixtis neque eis gravioribus quam ab hominibus non nimis diligentibus in eo negotio committi solent. v. 4 apud Fauvelium ΘΕΩ pro ΟΣΩ lectum est, v. 3 apud Pitt. ΣΤΡ pro ¯ΙΒ, quod idem fe etiam Rossio accidit.

V. 1—3 facile supplentur: Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγο[υ βουλὴ καὶ ὁ δ]|ῆμ καὶ ἡ βουλ[ὴ τῶν ἑ]|ξακοσίων Τιβέρι[ον ..... Sed ex his nondum a

paret cuius generis sit titulus. Potest enim aut imperatoris Romani (class. 1) aut magistratus Romani (class. 3) aut hominis nobilis Graeci (class. 4) esse. Atque etsi hoc, quod postremo loco posui, mihi quidem veri simillimum videtur, praesertim cum numerus eorum hominum Graecorum, qui nominibus Τι*βέριος* Κλαύ*διος* usi sunt, permagnus sit, tamen ad liquidum perduci res non potuerit nisi versuum 4 et 5 reliquiis ita suppletis ut dubitatio nulla relinquatur. Sed de ea re ego quidem desperavi. Venit mihi quidem in mentem, initio v. 4 reliquias nominis Graeci esse, et deinde adiunctum fuisse *ἐπιμελητὴν γενόμενον τῆς πολέως*. Ac tum fortasse n. 975 eiusdem lapidis frustulum haberi poterit, cuius duo versus tertio et quarto huius tituli ab dextra adiungendi sint. At neque quae ab initio versus quarti supersunt ullius nominis Graeci quod ego quidem noverim esse possunt, et *πόλεως* nequaquam certum est ad magistratus Attici designationem pertinere. Quidni enim scriptum fuerit *σωτῆρα* vel *εὐεργέτην τῆς πόλεως*. Quare quae est condicio lapidis, nihil pro certo affirmari poterit, nisi ea quae Boeckhius et Neubauerus (comm. epigr. p. 63) Fauvelii apographo nisi de hoc titulo exposuerunt, quorum ille ad Tiberii Caesaris nepotem cognominem, hic ad L. Verum M. Aurelii fratrem rettulit, teneri iam non posse. Titulum anno 126 p. Chr. antiquiorem esse senatus sexcentorum demonstrat.

---

954 Herma lapidis Pentelici, exstat in turri Andronici. '*Der (besonders eingesetzte) Kopf fehlt; über der linken Schulter liegt ein Gewandstück; jederseits Zapfenlöcher. Am Schaft das (zerstofsene) Glied und die Inschrift*' Heydemann Marmor-Bildwerke p. 110 n. 283.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
cetera erasa

Ἀγαθῇ τύχῃ.

---

955 Aëtoma anaglyphi lapidis Pentelici, '*εἰς τὰ ἐρείπια τοῦ ἀρχαίου βουλευτηρίου*', a. 0,20, l. 0,31, cr. 0,21. Ed. Pittakis Eph. 2506.

ΑΓΑΘΙ

Sine dubio hic quoque Ἀγαθῇ [τύχῃ] scriptum fuit.

---

956 Fragmentum basis lapidis Pentelici, inventum ad ecclesiam S. Demetrii Κατηφόρη. Ed. Pittakis l'anc. Athènes p. 161. Eph. 1822.

ΙΤΥΧΗ

In libro l'ancienne Athènes Pittakis titulum sic exhibet: ΤΗΙΤΥΧΗΙ. Quam interpolationem esse eamque perversam apparet. Nam hic quoque nihil aliud fuit quam [Ἀγαθῇ] τύχῃ.

---

957 Fragmentum basis lapidis Pentelici, inventum septentrionem versus a Propylaeis, a. 0,30, l. 0,50, cr. 0,80. Ed. Pittakis Eph. 3401.

ΛΓΟΥΒΟΥΛΗΚΑΙ
ΗΜΟΣ Ο ΑΘΙ

[Ἡ ἐξ Ἀρείου π]άγου βουλὴ καὶ [ἡ βουλὴ τῶν | ἑξακοσίων (πεντακοσίων?) καὶ ὁ δ]ῆμος ὁ Ἀθη[ναίων] ....

---

958 Fragmentum basis lapidis Pentelici, inventum orientem versus a Parthenone, exstat in Pinacotheca. Ed. Pittakis Eph. 1010. Exscripsit Velsen.

ΗΕΞΑΙ
ΛΗΚΑΙ
ΚΑΙΟ
ΟΝ

Ἡ ἐξ Ἀρ[είου πάγου βου]|λὴ καὶ ἡ [βουλὴ τῶν X (Φ?)] | καὶ ὁ [δῆμος Ἀθηναί]|ων ....

III

959 Fragmentum basis lapidis Pentelici, inventum prope theatrum Bacchi. Ed. Pittakis Eph. 3129.

ΟΥΠ
ΗΒΟ

[Ἡ ἐξ Ἀρεί]ου π[άγου | βουλὴ καὶ] ἡ βο[υλὴ τῶν X (aut Φ)].

---

960 Fragmentum basis lapidis Pentelici, a. 0,20, l. 0,10, cr. 0,10. Ed. Pittakis Eph. 2848.

ΒΟΥΛ
ΔΗΜΟ

V. 1 [Ἡ] βουλ[ή], v. 2 [ὁ] δῆμο[ς].

---

961 Tabula marmoris Pentelici, in arce. Edidit Pittakis l'ancienne Athènes p. 268.

ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗ
ΚΑΙΗΒΟΥΛΗΤΩΝ

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ | καὶ ἡ βουλὴ τῶν ....

---

962 Fragmentum lapidis Pentelici, '*εἰς τὰ ἐρείπια τοῦ ἀρχαίου βουλευτηρίου*', a. 0,07, l. 0,38, cr. 0,06. Ed. Pittakis Eph. 2499.

ΙΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠ/
Ι ΡΑΙ

Nihil agnoscitur nisi v. 1 [ἡ βουλὴ] ἡ ἐξ Ἀρείου πά[γου ....].

---

963 Fragmentum marmoris Hymettii, infra Propylaea. Exscripsit Koehler.

_ΑΙΟ
ΚΑΙΟΔΗ

[Ἡ ἐξ Ἀρείου π]ά[γ]ο[υ βουλὴ καὶ | ἡ βουλὴ τῶν $\overline{\chi}$ (aut $\overline{\phi}$)] καὶ ὁ δῆ[μος ...].

964 Hermae pars superior; exscripsit Koehler.



[Ἀγα]θῇ [τύχῃ. | Κατὰ τὸ ἐπ]ερω[τη|μα τῆς β]ουλῆ[ς τῆς ἐξ Ἀρείου πάγο]υ (?). Deinde fortasse nomen gentile Romanum scriptum fuit, Μέστριον aut Μέσσιον.

---

965 Fragmentum basis; exscripsit Koehler.

Κατὰ τὸ ἐ[περώτημα] | τῆς βουλ[ῆς τῶν X (aut Φ)]. Nam non de Areopagitarum senatu dici spatii rationes demonstrare videntur. Post v. 2 enim nihil amplius scriptum fuisse apparet.

---

966 In Pinacotheca exscripsit Velsen.

ΝΛΙΟΔΗΜΟ
ΟΥΠ

Putaveris [Ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίω]ν (vel πεντακοσίων) (κ)αὶ ὁ δῆμο[ς καὶ | ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρεί]ου π[άγου ...] scriptum fuisse. Sed hic ordo plane insolitus est.

---

967 Fragmentum lapidis Eleusinii, a. 0,10, l. 0,24, cr. 0,25. Exstat in museo societatis archaeologicae. Ed. Kumanudis Ἐπιγρ. Ἑλλ. ἐκδ. δαπ. τῆς ἀρχ. ἑταιρίας 1860 ἀρ. 25.



V. 1 Ἡ βουλ[ὴ ...], v. 2 [κ]αὶ ὁ [δῆμος?].

---

968 Fragmentum basis lapidis Hymettii, a. 0,18, l. 0,24, cr. 0,29, inventum septentrionem versus a Parthenone. Ed. Pittakis Eph. 3040.

Λ
ΞΙΩΝΚΑΙΟ
ΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΛΕΑΤΩΝ

Tres priores versus ita restituendos esse manifestum est: [Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου | βου]λ[ὴ καὶ ἡ τῶν ἑξ|ακο]σίων καὶ ὁ [δῆμ|ος ὁ] Ἀθηναίων ... Sed de quarto versu possunt diversa excogitari. Si initio huius versus Λ recte exscripsit Pittakis, possit [τὸν βασι]λέα τῶν [.....] suppleri. Sed magis eo inclino, ut illas potius litterae N reliquias esse putem, ita ut scriptum fuerit [τὸν δεῖνα τὸ]ν ἑατῶν [εὐεργέτην].

---

969 In fragmento basis lapidis Pentelici, invento ad septentrionalem Propylaeorum partem. Ed. Pittakis Eph. 4029.

ΑΡΕΙΟΥΠΑ
ΚΑΙΟΔΗΜΟ
ΣΕΝ·ΟΡ

[Ἡ ἐξ] Ἀρείου πά[γου βουλὴ] | καὶ ὁ δῆμο[ς ἐτείμη]|σεν Ορ..... Coniecerit aliquis hoc fuisse alterum exemplum tituli honorarii P. Hordeonii Lolliani (n. 625), ita ut v. 3 Ὁρ[δεωνίου Λολλιανόν] supplendum sit; nam ἐτείμησεν illud, quod hic scriptum fuisse videtur, quum in Asiae et insularum titulis frequentissimum sit, inter Atticos praeter hunc in solo illo Lolliani Ephesii titulo invenitur. Tamen eam coniecturam satis incertam esse non me fugit.

---

970 Athenis; exscripsit Koehler.

ΜΑ
ΑΡΕΤ
ΤΗΣ//
vac.

Μᾶ[ρκον (?) .....] | ἀρετ[ῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας] | τῆς [εἰς τὸν δῆμον].

---

971 Fragmentum tabulae lapidis Hymettii 'εἰς τὰ ἐρείπια τοῦ ἀρχαίου βουλευτηρίου'. Ed. Pittakis Eph. 2537.

ΟΔΗ
ΜΑΙ

Ὁ δῆ[μος] | Μαι...., quae videntur reliquiae nominis alicuius Romani esse.

---

972 Fragmentum lapidis Eleusinii, in arce. Particulam *b* solam exscripsit Velsen. Totum titulum edd. Pittakis Eph. 2125. Beulé l'Acropole II p. 357, exscripsit Koehler.



Ἡ Βο[υλὴ .....] | Κο[ρ]ν[ήλιον, τοῦ δεῖνος] | υἱόν, Β[...., ἀρετῆς ἕνε]|κα καὶ εὐν[οίας]. Utrum hic homo Romanus fuerit an Graecus incertum est. Si Romanum fuisse sumamus v. 2 fortasse Β[άλβου] supplendum sit. Sed id eo incertius est, quod v. 2 etiam praenomen Κό[ι]ν[τον] suppleri potest.

973 Fragmentum marmoris Pentelici, infra Propylaea. Exscripsit Koehler.

ΟΣΙ
ΛΟΝ
ΙΗΣΕ
vacat

Coniecerit aliquis [Ὁ δῆμ]ος Λ[εύκιον Κορνήλιον | Λέντ]λον [τοῦ δεῖνος υἱὸν | ἀρετ]ῆς ἕ[νεκα καὶ εὐνοίας]. Sed nimis exiguae hae sunt litterarum reliquiae.

---

974 Fragmentum basis lapidis Hymettii, a. 0,20, l. 0,38, cr. 0,20. In arce ‘εἰς τὸ τέμενος τῆς Βραυρωνίας Ἀρτέμιδος’. Ed. Pittakis Eph. 3853. Periisse videtur.

ΙΟΣ
ΓΙΟΝ
ϽΔΗΜΟΣ

Versu altero eius qui honoratur nomen scriptum fuisse videtur, aut Latinum, veluti [Ἄππο]λήιον, [Κανο]λήιον, aut Graecum, veluti [Φί]λη[τ]ον. Sed versus 1 reliquiae vix aliter intelligi possunt, quam ut statuamus aut ....ιος nominis proprii nominativo casu positi extremam partem esse, aut [ὁ δῆμ]ος supplendum. Sed sive hoc sive illud sumpserimus, tertius versus ὁ δῆμος quid sibi velit assequi non poterimus.

---

975 Fragmentum marmoris Hymettii, ‘εἰς τὰ ἐρείπια τοῦ ἀρχαίου βουλευτηρίου’. Ed. Pittakis Eph. 2519.

ΙΟΝΚΛ
ΕΠ

V. 1 probabiliter suppleri potest [Τι]βέρ]ιον Κλ[αύδιον]. Deinde sequebatur sine dubio eiusdem hominis nomen Graecum. V. 2 reliquiae incertae: suspiceris aut demotici has esse reliquias (Ἐπικηφίσιον, Ἐπεικίδην) aut ad magistratus nomen referenda, veluti ἐπ[ιμελητὴν τῆς πόλεως] (cf. adn. ad n. 953).

---

976 Fragmentum lapidis, inventum ‘εἰς τὰ ἐρείπια τοῦ ἀρχαίου βουλευτηρίου’. Ed. Pittakis Eph. 2528.

ΛΕΥΚΓ
ΡΙΟΥ

[Τὸν δεῖνα] Λευκ[ίου υἱὸν | ἢ ἐξ Ἀ]ρείου [πάγου βουλή]?

---

977 Athenis; exscripsit Velsen.

ΡΙΟΝΛι
ΥΙΟΝ

[Τι]βέ]ριον [..... | τοῦ δεῖνος] υἱόν. Sed possunt etiam ..ριον nominis gentilis, Λι praenominis patris (veluti Αὔλου) reliquiae esse.

978 Fragmentum basis lapidis Eleusinii, a. 0,20, l. 0,25, cr. 0,20 inventum occidentem versus a Parthenone. Ed. Pittakis Eph. 2664.

ΟΝΕΟΥ
ΙΣΕΝΕΚΑ

[Τὸν δεῖνα .....]ονέου | [υἱὸν ἀρετ]ῆς ἕνεκα.

---

979 Fragmentum lapidis Pentelici a sinistra et inferiore parte integrum, a dextra et superiore mutilum, a. 0,30, l. 0,14, cr. 0,30, ‘εἰς τὰ ἐρείπια τοῦ ἀρχαίου βουλευτηρίου’. Ed. Pittakis Eph. 2503.

ΔΗΝ
ΑΡΕ
ΕΝ

[Ὁ δεῖνα] | Δημ..... | ἀρε[τῆς] | ἕν[εκα]. Nam v. 1 nomen proprium eius qui honore statuae afficitur, non populi Atheniensium designationem ([ὁ] δῆμ[ος]), scriptum fuisse propter spatii rationes putaverim.

---

980 Fragmentum marmoris Pentelici, a. 0,16, l. 0,21, cr. 0,37, ‘εἰς τὰ ἐρείπια τοῦ ἀρχαίου βουλευτηρίου’. Ed. Pittakis Eph. 2516.

ΔΗΜ..

Aut [ὁ] δῆμ[ος] fuit, aut Δημ[οσθενή], Δημ[όστρατον] vel simile nomen.

---

981 Fragmentam lapidis Pentelici, inventum orientem versus a Parthenone, exstat in Pinacotheca, a. 0,29, l. 0,20. Ed. Pittakis Eph. 2828. Exscripsit Koehler.

ΥΡΚ
ΟΥΔΗ *vac.?*
ϽΥΤΟΥΚΑ

[Φ]ΙΛΕΟΥΦΥΛΑΣΙΟΥΘΥ

Var. lect. V. 4 prius Φ Koehler omittit, Pittakis habet.

V. 1 Ὑρκ|[ανόν]?, v. 2 [τ]οῦ δή|[μου], v. 3 obscurus, v. 4 [ἐπὶ ἱερείας τῆς δεῖνος τῆς] Φιλέου Φυλασίου Θυ[γατρός].

---

982 In basi. Edidit Pittakis l'ancienne Athènes p. 161. Periisse videtur.

.....ΘΕΟΝΠΟΠΛΙΟΝ
ΕΙΚΟΝΑΤΗΝΕΑΥΤΟΥ

Hic nonnulla turbata esse in exscribendo manifestum est. V. 1 putaverim [Τιμό]θεον (Φιλόθεον, Δωρόθεον sim.) Ποπλίο[υ] scriptum fuisse. V. 2 εἰκόνα τὴν ἑαυτοῦ non fuisse mihi constat. Sed quid fuerit, incertum.

983 Lebas Attique 70.

ΟΥΠΕΙΡΑΙΕΩΣ
ΟΝΚΑΙΤΟΝΥΟΝΦΙ

Quid sibi velit v. 1 ....ου Πειραιέως dubium est. Videtur sane ad eius qui honoratur patrem referendum esse; sed sive viri titulis honorarius est, potius τὸν δεῖνα ....ου Πειραιέα exspectes; sive de muliere dicitur, non intellegitur quomodo haec cohaereant cum versu insequenti. Ibi enim .....ον καὶ τὸν υἱόν scriptum fuisse apparet, de patre et filio. Nomen filii suppleveris Φι[λιστείδην], quod nomen duobus archontibus, patri et filio, pagi Piraeensium, fuit (v. indicem).

---

984 Fragmentum marmoris albi, exstat in stoa Hadriani. Exscripsit Koehler.

ΨΗΙ
ΕΛΡΕ
ΛΗΣΚΑΙ
vac. ΤΩ ////
vac.

Nihil perspicitur nisi v. 2 ἀρε[τῆς ἕνεκα], v. 3 [βου]λῆς(?) καὶ [δήμου?], videturque huius tituli formula a solito more aliquantum recessisse.

---

985 Plinthus lapidis Pentelici, a. 0,90, l. 0,30, cr. 0,95. Litterae altae 0,05. Lapis integer est, quare recte Pittakis indicat, eum cum aliis similibus coniunctum fuisse. In muro arcis orientali. Ed. Pittakis Eph. 2767.

ΑΤΟΥΣΩΤΗΡΑ

[Ὁ δῆμος(?) τὸν δεῖνα τὸν ἐ]ατοῦ σωτῆρα.

---

986 Fragmentum tituli grandibus litteris incisi. Inventus lapis 'εἰς τὰ ἐρείπια τοῦ ἀρχαίου βουλευτηρίου'. Ed. Pittakis Eph. 2524.

ΟΝΣ

[Τ]ὸν σ[ωτῆρα] fuisse videtur, nisi ..ον Σ.... filii et patris nominis reliquiae sunt, quorum illud accusativo, hoc genetivo casu positam fuit.

---

987 Fragmentum inventum apud S. Demetrium Κατηφόρη. Exscripsit Koehler.

ΟΥΥΙΟΝ
ϽΟΣΥΝΗΣ

[Τὸν δεῖνα .....]ου υἱόν, | [ἀρετῆς ἕνεκα καὶ σω]φροσύνης.

---

988 Fragmentum lapidis Pentelici; in Pinacotheca exscripserunt Velsen et Koehler. Supra has reliquias antiquior titulus est, quem edidit A. Kirchhoff vol. I n. 391.

ϽΥΚΕ
ΟΝ
ΛΕΚ

[Τὸν δεῖνα ....]ου Κε[..... .. υἱ]ὸν | [ἀρετῆς ἕ]νεκ[εν].

---

989 In Pinacotheca exscripsit Velsen.

ΛΕΩ
ΙΧΟΝΤΟΣ
ΗΣΑ Ο
ΝΣΩΦΙ

Veniat alicui in mentem supplere: [Τὴν δεῖνα] Λεω[νίδου? | τοῦ ἐπωνύμου ἄρ]χοντος [Θυγατέρα, κανηφορ]ήσα[σαν, ... ἀνέθηκε]ν, σωφρ[οσύνης ἕνεκα], ita ut titulus ad classem nonam referendus fuerit, sed id nimis incertum est.

---

990 Fragmentum Hermae lapidis Pentelici, a. 0,85, l. 0,13, cr. 0,20, inventum in ecclesia Ὑπαπαντή. Ed. Pittakis Eph. 2480. (Lebas Attique 308).

ΛΕΩΜ
ϽΟΥΧΗ
ΛΡΤΕΜ

Fere nihil ita perspicitur, ut dubitationi obnoxium non sit. V. 1. 2 coniciat aliquis Λεω[νίδου τοῦ δᾳ]δουχή[σαντος υἱὸν vel Θυγατέρα] (cf. adn. ad n. 676); sed quum Pittakis Μ exhibeat, ea coniectura incertissima est. Potest enim etiam [Κ]λεὼ Μ..... fuisse, item pro [δᾳ]δουχήσαντος aequo iure licebit legere [κλει]δουχήσαντος. Denique v. 3 veri simillimum est Ἀρτέμ[ιδι] fuisse, sed ne id quidem certum; nam licet etiam de nomine, quale est Ἀρτεμίδωρος, cogitare.

---

991 Fragmentum marmoris Pentelici, infra Propylaea. Exscripsit Koehler.

ΙΛΙΝΑΙ
ΓΥΝ

Primi versus reliquiae obscurae sunt. V. 2 [...ο]ς γυν[αῖκα] fuit.

---

992 'Fragmentum marmoris inventum a Gallis ad monasterium Daphni et furtim ablatum' Velsen, qui exscripsit. Ed. W. Vischer Archaeol. Anzeiger 1855 p. 116*.

ΜΑΙ
ΟΗΚΑΙΤΑΡΙ

V. 2 videtur [ἀνέ]θηκα vel [ἀνέ]θηκα[ν] fuisse. Cetera obscura.

993 Fragmentum basis lapidis Pentelici, a. 0,10, l. 0,06, cr. 0,07, inventum in arce. Ed. Pittakis Eph. 3224.

ΑΤΟΥ
ΕΘΗΚΕ
ΓΗ

[Τὸν δεῖνα ὁ δεῖνα τὸν ἑ]ατοῦ [εὐεργ|έτην ἀν]έθηκε[ν .... ἀρε]τῆ[ς ἕνεκα. Forma ἑατοῦ hic non plane certa, nam possunt illae litterae etiam nominis proprii, veluti Νικοστράτου, reliquiae esse.

---

994 Fragmentum basis lapidis Pentelici, a. 0,09, l. 0,30, cr. 0,20, inventum occidentem versus a Propylaeis. Ed. Pittakis Eph. 2120. 2130. Exscripsit Koehler.

ΟΝ
ΙΝΕΘΗΚ//

....ον | [..... ἀ]νέθηκ[εν] (vel ἀνέθηκαν).

---

995 Fragmentum basis, 'εἰς τὰ ἐρείπια τοῦ ἀρχαίου βουλευτηρίου', a. 0,20, l. 0,31, cr. 0,21. Ed. Pittakis Eph. 2492.

ΑΙΛ
ΕΘΗΚΕΝ

[Τὸν δεῖνα .... Βησ]αιέ[α (vel Κυδαθηναιέα, Πειραιέα, Φηγαιέα, aut si mulieris est titulus [τὴν δεῖνα ἐκ Βησ]αιέ[ων sim.) ..... ἀν]έθηκεν.

---

996 Fragmentum minutissimum, exscripsit Koehler.

ΙΣ
ΘΗΚΑΝ
vac.

....ς | [ἀνέ]θηκαν.

---

997 Fragmentum basis lapidis Eleusinii, a. 0,30, l. 0,46, cr. 0,39, orientem versus a Propylaeis. Edidit Pittakis Eph. 3440. Exscripsit Koehler.

ΟΝ
ΗΣΕΝΕΚΑΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ

[Τὸν δεῖνα τοῦ δεῖνος υἱ]ὸν | [ἀρετ]ῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας.

---

998 'Ἐπὶ τμήματος δοκοῦ λίθου Πεντελησίου'. Inventus lapis occidentem versus ab Erechtheo, a. 0,11, l. 0,60, cr. 0,17. Litterae altae 0,04. Edidit Pittakis Eph. 3683. Exscripsit Koehler.

ΟΚΛΟΣΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ

[Τὸν δεῖνα .... Πρ]όκλος ἀρετῆς ἕνεκεν.

---

999 Prope theatrum; exscripsit Velsen.

ΠΟΥ
ΕΝΕΚΕΝ . Λ

.....που [υἱόν (?), | ἀρετῆς] ἕνεκεν [κ]α[ὶ εὐνοίας].

1000 Ed. Pittakis l'ancienne Athènes p. 289.

ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ

.... ἀρετῆς ἕνεκεν.

1001 Fragmentum lapidis Pentelici, 'εἰς τὰ ἐρείπια τοῦ ἀρχαίου βουλευτηρίου', a. 0,20, l. 0,10, cr. 0, 26. Ed. Pittakis Eph. 2518.

ΟΣΥ

[..... σωφρ]οσύ[ης ἕνεκα].

1002 Fragmentum lapidis Pentelici, inventum 'εἰς τὰ ἐρείπια τοῦ ἀρχαίου βουλευτηρίου'. Ed. Pittakis Eph. 2521.

ΚΕΝ
Ε

V. 1 aut [ἕνε]κεν aut [ἀνέθη]κεν fuit.

1003 Fragmentum basis lapidis Pentelici, ‘εἰς τὰ ἐρείπια τοῦ ἀρχαίου βουλευτηρίου’, a. 0,13, l. 0,09. Ed. Pittakis Eph. 2539.

Ↄ H
I E

[.... ἀνέ]θη[κεν ἀρετῆς ἕ]νε[κα](?).

1004 Fragmentum basis lapidis Hymettii, a. 0,08, l. 0,10, cr. 0,42(?), ‘εἰς τὰ ἐρείπια τοῦ ἀρχαίου βουλευτηρίου’. Ed. Pittakis Eph. 2538.

\ H E
K A

Tituli honorarii has esse reliquias apparet, ac simplicissimum quidem erit supplere [Τὸν (aut τὴν) δεῖνα ἡ βου]λὴ ε[ὐεργεσίας | ἕνε]κα.

PARS NONA.

CATALOGI.

CLASSIS PRIMA.

CATALOGI ARCHONTVM ALIORVMQVE MAGISTRATVVM.

1005 'Marmor pedes circiter duos et semissem longum, sesquipedem latum, Athenis olim Constantinopolim ad Regis Galliarum oratorem, et inde Parisios in bibliothecam Colbertinam translatum. Ed. Spon. Itin. T. III P. II p. 106. Aeri incisum dedit Montfaucon Palaeogr. Gr. p. 148 cum notis et iteravit Antiq. expl. Suppl. T. II p. 100 tab. 30. (Murator. T. I p. CCC. 2. Corsin. F. A. T. II p. 154)' Boeckh C. I. G. 181.

ΑΡΧΩΝ	*ἄρχων*
ΚΑΙΙΕΡΕΥΣΔΡΟΥΣΟΥΥΠΑΤΟΥ	*καὶ ἱερεὺς Δρούσου ὑπάτου*
ΞΕΝΩΝΜΕΝΝΕΟΥΦΛΥΕΥΣ	*Ξένων Μεννέου Φλυεύς*
ΒΑΣΙΛΕΥΣ	*βασιλεύς*
ΗΡΑΚΛΙΤΟΣΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣΣΦΗΤΤΙΟΣ	*Ἡράκλιτος Ἀριστοκλέους Σφήττιος*
ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΣ	*πολέμαρχος*
ΑΛΚΕΤΗΣΑΛΚΕΤΟΥΠΕΡΙΘΟΙΔΗΣ	*Ἀλκέτης Ἀλκέτου Περιθοίδης*
ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙ	*θεσμοθέται*
ΛΕΥΚΙΟΣΣΕΠΠΙΟΣΚΗΦΕΙΣΙΕΥΣ	*Λεύκιος Σέππιος Κηφεισιεύς*
ΦΙΛΩΤΑΣΘΕΟΔΩΡΟΥΕΓΜΥΡΙΝΟΥΤΤΗΣ	*Φιλώτας Θεοδώρου ἐγ Μυρινούττης*
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣΚΙΝΕΟΥΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΥΣ	*Δημήτριος Κινέου Κυδαθηναιεύς*
ΣΕΞΣΤΟΣΛΕΥΚΙΟΥΔΙΡΑΔΙΩΤΗΣ	*Σέξστος Λευκίου Διραδιώτης*
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣΕΥΓΙΤΟΝΟΣΦΡΕΑΡΡΙΟΣ	*Ἀθηνόδωρος Εὐγίτονος Φρεάρριος*
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΘΡΙΑΣΙΟΣ	*Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου Θριάσιος*
ΚΗΡΥΞΤΗΣΕΞΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΣ	*κῆρυξ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς*
ΛΕΩΝΙΔΗΣΛΕΩΝΙΔΟΥΜΕΛΙΤΕΥΣ	*Λεωνίδης Λεωνίδου Μελιτεύς*
ΚΗΡΥΞΑΡΧΟΝΤΙ	*κῆρυξ ἄρχοντι*
ΔΙΟΔΩΡΟΣϽΕΡΜΕΙΟΣ	*Διόδωρος) Ἕρμειος*
ΑΥΛΗΤΗΣ	*αὐλητής*
ΙΣΙΦΙΛΟΣΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥΑΘΜΟΝΕΥΣ	*Ἰσίφιλος Ἀσκληπιάδου Ἀθμονεύς*
ΛΙΤΟΥΡΓΟΣ	*λιτουργός*
ΕΣΤΙΑΙΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥΜΙΛΗΣΙΟΣ	*Ἑστιαῖος Διονυσίου Μιλήσιος*

In tituli aetate definienda id quidem certissimum est propter Drusi sacerdotium eum non posse antiquiorem esse anno 9 a. Chr., quo is consulatu mortuus est (cf. Ephem. epigr. I p. 116), neque recentiorem Hadriani imperio, quo tempore id sacerdotium abolitum esse videtur (cf. adn. ad n. 1009). Accuratiori definitioni fortasse obstitum est L. Seppii Cephisiensis thesmothetae nomen. Etenim in catalogo epheborum (C. I. Att. II 482) recensetur [Λεύ]κιος Σέππιο[ς]; unde Koehlerus id frustulum lapidis inter 'incertae sedis fragmenta' collocat coniicitque id alterius aut tertiae columnae fuisse. Quod si ita est, ille ephebus Cephisiensis esse non potest, cum Erechtheis in primae columnae initio perscripta fuerit. At cum Erechtheidis catalogus praeter terminationes demoticorum nonnullorum perierit, nihil impedit quominus illud fragmentum ad hanc tribum referamus, atque in tanta nominis quod est Seppius raritate eundem hic atque illic hominem designari statuamus. Iam illum catalogum rationibus firmissimis Koehlerus effecit inter annos 39—32 a. Chr. incisum esse. Quo tempore qui fuit ephebus, is potuit sane aliquo ex proximis post Drusi mortem eiusque sacerdotium institutum annis thesmotetae munere fungi; nam tum circiter quinquagesimum aetatis annum agebat. Itaque veri simile est, ad medium fere Augusti principatum hunc archontum recensum pertinere. Quod quodammodo confirmatur Leonidae Melitensis nomine, qui hic praeco senatus Areopagitici est; nam id nomen redit in laterculo Amynandridarum (part. IX class. 4), quem item ad Augusti aetatem referendum esse constat.

1006 Fragmentum tabulae lapidis Hymettii, a. 0,14, l. 0,23, cr. 0,09, in domo Photii prope monumentum Lysicratis. Ed. Pittakis l'ancienne Athènes p. 480 (inde K. Keil Mus. Rhen. XIX p. 269). Eph. 1941. (Neubauer Curae epigraphicae p. 10 sqq.).

Λ Ι [Ω] Α Ρ Χ Σ
Δ Η Μ Ο Κ Ρ Α
Σ Τ Ρ Α Τ Η Γ Ο Σ
Ν Ι Κ Α Ν Ω Ρ Ν Ε Ο Σ
Κ Η Ρ Υ Ξ Τ Η Σ Ε
Θ Ε
Κ Η Ρ Υ Κ Ι Σ Κ Ο Σ Α Τ
Α Υ Λ Η Τ Η Σ Ν Ι Κ Ι Α Σ
Λ Ε Ι Τ Ο Υ Ρ Γ Ο Σ Ι Σ Ι Δ

Var. lect. V. 1 ΛΙΩΑΡΧ[ΟΝΤΟΣ] l'anc. Ath., ΣΙ ΙΑΡΧΣ Eph. || v. 2 ΔΗΜΟΚΡΑΤΗΣ l'anc. Ath., ΔΗΜΟΚΡΑ Eph. || v. 5 extr. ΤΗΣΕ \/ Eph., ΤΗΣΕ l'anc. Ath. || v. 7 ΚΗΡΥΣΚΟΣ l'anc. Ath., ΚΗΡΥΚΙΣΙΟΣ Eph. Quae dubitari non sinunt quin illud quod supra exhibui in lapide fuerit. || V. 9 init. ΛΙΤ l'anc. Ath., ΛΕΙΤ Eph. || extr. ΙΣΙΔΟΣ l'anc. Ath., ΙΣΙΔ Eph. Per totum titulum Pittakis in Ephemeride Α habet, in libro l'ancienne Athènes Α.

Ἐ[π]ώ(νυμος) ἄρχω[ν]
Δημοκρά[της]
Στρατηγός
Νικάνωρ νέος [Ὀμηρος]
κῆρυξ τῆς ἐ[ξ Ἀρείου πάγου βουλῆς]
Θε.....

Haec supplementa omnia praeivit Neubauer. Quae sequuntur, dubitationibus gravissimis obnoxia sunt. Nam ut ex utriusque apographi scriptura, quamvis mendosa, apparere videtur Κηρυκίσκος in lapide fuisse — quod nomen proprium per se nihil habet quod offendat, quandoquidem plane similia exstant Κηρυκίδης et Κηρυκίων — ita hoc loco muneris potius nomen quod est κῆρυξ ἄρχοντι, exspectaveris. Nisi igitur species illa nominis proprii plane fallax est, fortasse ita res expedienda est, ut cum scribendum esset κῆρυξ ἄρχοντι· Κηρυκίσκος ...., propter simile initium errore lapicidae muneris vocabulum exciderit. Quae deinde sequuntur, plana sunt:

αὐλητής· Νικίας
λειτουργός· Ἰσίδ[ωρος].

Nam Ἴσιδος, quod in libro l'ancienne Athènes est, quin ipsius Pittakisii supplementum sit idque perversum, dubitari nequit. Aetatis definitio inprimis ex Nicanoris mentione repetenda est, quem aut Claudii, aut, quod multo veri similius sit, Augusti aetate vixisse demonstravi (cf. adn. ad n. 1).

1007 Marmor Pentelicum, a. 0,38, l. 0,30, inventum prope turrim Andronici, exstat in museo societatis archaeologicae. Ed. Pittakis Eph. 3257. Exscripsit Koehler.

Ο Σ Δ Ι Ο ι
Λ Ω Ν Ι Ο Σ /
\ Η Τ Ρ Ι Ο Σ Α Μ \
Η Ρ Υ Ξ Τ Η Ε Ξ Λ Ρ Ι
Π Ο Λ Υ Χ Α Ρ Μ Ο Σ Ε Υ Κ Λ Ε Ο
Κ Η Ρ Υ Ξ Α . Χ Ο Ν
Π Ο Μ Π Ι Δ Η Σ Σ Ω Κ Ρ Α Τ Ο ι
[Α Υ Λ Η Τ Η Σ]
[Α Σ Κ Λ Α Π Ω Ν Ε Ρ Μ Ω Ν Ο Σ]
Λ Ε Ι Τ Ο Υ Ρ Γ Ο Σ
Θ Ε Ο φ Ρ Α Σ Τ Ο Σ Μ Ι Λ
vac.?

Var. lect. Versus 9. 10 ab Koehleri apographo absunt, errore, u videtur, omissi. Nam quin in lapide sint non est cur dubitetur.

[Θεσμοθέται]
.....
.....
. . . . . ος . . . . . .
. . . . . ος Διο[νυσίου?]
[Ἀπολ]λώνιος . . . . . .
[Δη]μήτριος Ἀμυ . . . . . .
[κ]ῆρυξ τῇ ἐξ Ἀρ[είου πάγου βουλῇ]
Πολύχαρμος Εὐκλέο[υς Μαραθώνιος]
κῆρυξ ἄ[ρ]χον[τι]
Πομπίδης Σωκράτο[υς . . . . . .]
αὐλητής
Ἀσκλάπων Ἕρμωνος
λειτουργός
Θεοφράστος Μιλ[ήσιος].

Tituli aetatem indicat Polycharmi Euclis f. Marathonii nomen; i enim Tiberii Caesaris Augusti sacerdos fuit (n. 647).

1008 Ἐν τῇ Μαρούσῃ (prope Athenas, ubi olim templum Dianae Amarysiae) in ecclesia Salvatoris; ex schedis Fourmonti Boeckh C. I. G. 182.

ὁ Η Θ Ζ
Θ Ε Σ Μ Ο Θ Ε Τ Μ Ι
Π Α Μ Φ Ι Λ Ο Σ Ν Ε Σ Τ Ω Ρ Ο Σ Φ Λ Υ Ε Υ [Σ]
Δ Η Μ Η Τ Ρ Ι Ο Σ Α Λ Ε Ξ Α Ν Δ Ρ Ο Υ Σ Φ Η Τ Τ Ι [Ο Σ]
Λ Ε Υ Κ Ι Ο Σ Θ Ε Μ Ι Σ Ο Ν Ο Σ Α Ζ Η Ν Ι Ε Υ Σ
Π Α Μ Μ Α Χ Ο Σ Τ Ι Μ Ο Θ Ε Ο Υ Μ Α Ρ Α Θ Ω Ν Ι Ο Σ
Ν Ι Κ Ο Σ Τ Ρ Α Τ Ο Σ Α Π Ο Λ Λ Ω Ν Ι Ο Υ Μ Α Ρ Α Θ Ω Ν Ι [Ο Σ]
Σ Ω Σ Τ Ρ Α Τ Ο Σ Ο Π Α Λ Λ Η Ν Ε Υ Σ

[Κ] Η Ρ Υ Ξ Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ο Σ Α Λ Ε Ξ Α Ν Δ Ρ Ο Σ Ο Μ [Α Ρ Α] Θ Ω [Ν Ι Ο Σ]
[Α] Υ Λ Η Τ Η Σ Δ Ι Ο Γ Ε Ν Η Σ ϑ Τ Ι Ο Υ Τ . . . Ι Σ
Λ Ε Ι Τ Ο Υ Ρ Γ Ο Σ Θ Ε Ο φ Ρ Α Σ Τ Ο Σ Θ Ε Ο Δ Ω Ρ Ο Υ
Μ Ι Λ Η Σ Ι Ο Σ

Expressi exemplum Boeckhii; litterae Ξ hanc formam in Fourmonti apographo esse Boeckhius expressis verbis testatur, pro qua ipse nescio qua de causa ubique recepit Ξ. Sane non nimis accurate Fourmontum litterarum formas expressisse conicio ex errore quem v. 2 extr. commisit, ubi TMI pro TAI legit; nempe A, non Δ in lapide fuisse videtur, quae littera supra mutilata (ᾳ) litterae M simillima facta est. Accedit quod illa aetate, cuius hic est titulus, Δ frequentissimum, A inusitatum fuit. Litteras a Boeckhio (Fourmonto ut videtur praeeunte) intra uncos additas retinui.

. . . . . .
Θεσμοθέται
Πάμφιλος Νέστ[ο]ρος Φλυεύ[ς]
Δημήτριος Ἀλεξάνδρου Σφήττι[ος]
Λεύκιος Θεμίσ[ω]νος Ἀζηνιεύς
Πάμμαχος Τιμοθέου Μαραθώνιος
Νικόστρατος Ἀπολλωνίου Μαραθώνι[ος]
Σώστρατος [)] Παλληνεύς
[κῆρυξ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς· ὁ δεῖνα]
κῆρυξ ἄρχοντος· Ἀλέξανδρος [)] Μαραθώνιος
αὐλητής· Διογένης) Τι[μ]ρά[σι]ο[υ](?)
λειτουργός· Θεόφραστος Θεοδώρου | Μιλήσιος.

Hunc titulum ei qui antecedit aetate supparem esse Theophrasti Milesii liturgi nomen testimonio est. Quare praeconis Areopagitarum nomen omissum non potest ita intellegi, quasi tum nondum fuerit omnino hoc munus. Id enim fere quinquaginta aut sexaginta annis antequam hi tituli scripti sunt iam fuisse apparet ex plebiscito II 481 inter annos 48 et 42 a. Chr. composito (cf. Koehleri adnotationem). Quare quum eo ipso loco, ubi huius praeconis nomen desideratur, unius versus vacuum spatium sit, non dubito quin illud nomen nescio qua de causa erasum sit. V. 8 et 9 littera O pro semicirculo, quo patris nomen idem ac filii fuisse indicabatur, non ab lapicida incisa, sed a Fourmonto male lecta esse videtur.

1009 Fragmentum lapidis Pentelici, a. 0,18, l. 0,15, cr. 0,06. Ed. Pittakis Eph. 3612. (K. Keil Mus. Rhen. XVIII p. 65. R. Neubauer Comm. epigr. p. 104). Contulit Koehler.

ΑΡ/
ΙΕΡΕΥΣΔΡ
ΑΞΑΓΟΡ
ΝΑΞΑΓΟΡ
5 Ρ

Ἄρχ[ων | καὶ] ἱερεὺς Δρ[ούσου ὑπάτου]
[Ἀν]αξαγόρ[ας τοῦ δεῖνος, γόνῳ]
[δὲ Ἀ]ναξαγόρ[ου, τοῦ δεῖνος δήμου]
Β[ασιλεύς]
. . . . . .

V. 2 [Ἀν]αξαγόρας Keil, [Πρ]αξαγόρας Neubauer. Atque hic quidem provocat ad titulum ephebicum, in quo Praxagoras Melitensis archon eponymus recensetur, quem eundem esse vult cum hoc; quod mihi non probatur tribus de causis: Primum quem hic habemus archontem Melitensem fuisse non constat; nam quod Keilius et Neubauerus v. 5 suppleverunt [Μελιτ]ε[ύς], id iam ex Koehleri apographo, quod non E sed aut B aut P eo loco scriptum fuisse indicat, verum non esse apparet. Deinde Praxagoram illum Melitensem archonta ex aetatis rationibus probabile est eundem esse qui postea daduchus factus est; eum vero non Anaxagorae, ut Neubauerus vult, sed Themistoclis filium fuisse certum est (vide adn. ad n. 676); quod si quis, cum de demotico non constet, potius de altero Praxagora archonte Thoricio cogitaverit (n. 1023), ne is quidem Anaxagorae, sed Timothei filius fuit. Denique gravissima causa, cur huius tituli archontem ab utroque Praxagora diversum iudicemus, ea est, quod illorum uterque Antoninorum aetate in munere fuit, Praxagoras Thoricius quinto decimo post Hadriani Athenas adventum anno, qui annus videtur esse 139/40 p. Chr. (v. adn. ad n. 735), Melitensis vero undevigesimo Abascanti paedotribae anno, qui est inter 152/3 et 160/1 p. Chr. At in nostro titulo archon simul sacerdotio Drusi functus dicitur. Cuius sacerdotii exempla recentissima sunt in titulis T. Flavii Alcibiadis maioris natu (n. 656) et L. Vibullii Hipparchi Marathonii (n. 662), quorum uterque magistratu functus est prioribus Hadriani annis, ante 126 p. Chr. At ex Antoninorum aetate quum tot servata sint archontum nomina titulique quot ex nullo alio tempore, tamen nemo ex his usquam ἄρχων καὶ ἱερεὺς Δρούσου ὑπάτου vocatur. Quare inde a primo Hadriani Caesaris Athenas adventu, cum tot tantique novi honores in hunc imperatorem cumularentur, ex priorum imperatorum honoribus divinis nonnulli, et inter eos illud Drusi sacerdotium, in desuetudinem venisse videntur. Quum igitur hunc archontem ab utroque Praxagora diversum esse constet, tamen sponderi non potest, ei Anaxagorae nomen fuisse; sed propter patris nomen malui ita cum Keilio supplere. Denique quod et Keilius et Neubauerus ita supplendum putaverunt ut v. 3. 4 filii patrisque nomina ipsa se exciperent, id comparatis versuum 1 (ubi nomen ἄρχων plane eodem modo versui medio superscriptum fuit, atque est n. 1005) et 2 reliquiis a spatii rationibus alienum esse apparet. Qua re mihi alia supplementi ratio ineunda videbatur.

1010 In fragmento lapidis, prope locum qui vocatur Solaki, infra arcis rupem, Areopagum versus; ed. Pittakis l'ancienne Athènes p. 44.

ΑΡΧΩΝΚΑΙΙΕΡΕΥΣΔΡΟΥΣΟΥΥΠΑΤΟΥ

Ἄρχων καὶ ἱερεὺς Δρούσου ὑπάτου. Haec superesse ex catalogo simili eis qui antecedunt et sequuntur, si non certum, at veri simillimum est. De aetate tituli vide adn. ad n. 1005. 1009.

1011 Fragmentum tabulae lapidis Pentelici, inventum ad basin, quae sustinebat olim Ἀθηνᾶς Προμάχου simulacrum. Ed. Pittakis Eph. 2143. Exscripsit Koehler.

```
        Ν ι Α ι
ΜΗΤΡΟΔΩΡΟ⊿
          ////////////
///ΜΟΣΘΕΝΗΣΣΕ⌐
5            ΠΟΛΕΙ
//ΙΜΟΘΕΟΣΣΥΜΛ
             ΘΕΣΙ
///ΟΚΛΗΣ)
///ΤΟΛΛΩΝΙΟ⊿
10 ///ΗΜΗΤΡΙΟΣΣ
   ΚΩΝ///ΙΙΛΙ
```

Agnoscuntur haec:

[ἐπώ]ν[υ]. Ἀ[ρχων]
Μητρόδωρος . . . . . .
[βασιλεύς]
[Δη]μοσθένης Σέ[ξτου?]
πολέμ[αρχος]
[Τε]ιμόθεος Συμμ[άχου]
θεσμ[οθέται]
. . οκλῆς)
[Ἀ]πολλώνιος . . . . . .
[Δ]ημήτριος Σ . . . . . .
. . . . . κων Ἡλι . . . . . .

Metrodori duo archontes eponymi Athenis fuerunt; uterque in titulis ephebicis commemoratur, alter Claudio imperatore, alter Traiano (v. indicem). Uter hic intelligendus sit, incertum.

1012 In fragmento tabulae marmoris Pentelici a quattuor partibus mutilo, invento orientem versus a Propylaeis. Exstat in Pinacotheca. Ed. Pittakis Eph. 2215. (Sauppe de creat. arch. p. 14). '*Aus spät römischer Zeit*' Koehler, qui exscripsit.

```
   ⌐ ι ⊿ Σ Ω Σ ι ///// Ι C
  ⌐Ν   Π Ο Λ Γ Μ Λ Ρ
 ΚΛΗΠΙΛΔΗΣ)ΑΧ
     Θ Ε Σ Μ Ο Θ Ⅽ//
5 //ΙΛΙΟΔΩΡΟΣΓΝΛΙΟΥΣΤ
  ΩΥΙΩΝϕΙΛΩΝΟΣΠΛ
   Ι Ο Δ Ω Ρ Ο Σ ) Φ Λ Υ
    Σ Χ Ο Σ ) Φ Α Λ '
    Ν Α Υ Σ Ι Ш Α Χ Ο
10  Σ Τ Η Σ ) Π Ι Ο
    Τ Η Σ Ε Σ Λ Γ
    Υ Σ Ι Α Λ
      ⌐ τ ο
```

Haec sic fere videntur supplenda:

. . . . . .
[βασιλ]εὺς Σωσι . . . . . .
πολ[έ]μ[α]ρ[χος]
[Ἀσ]κληπι[ά]δης) Ἀχ[αρνεύς]
θεσμοθέται
[Ἡ]λιόδωρος Γν[α]ίου Στ[ειριεύς]
[Φ]ω[κ]ίων Φίλωνος Πα[ιανιεύς]
[Ἡλ]ιόδωρος) Φλυ[εύς]
[Μό]σχος) Φαλ[ηρεύς]
. . . Ναυσίμαχο[ς]
[Μύ]στης) Πι[θεύς]
[κῆρυξ] τῆς ἐ[ξ] Ἀ[ρείου πάγου βουλῆς]
[Λ]υσιάδ[ης Σώσπιδος Μελιτεύς(?)]

Tempus incertum est. Flavius Phocio Paeaniensis ephebus est Sulla archonte (v. indicem), quem annum in priorem partem imperii Antonini Pii incidere constat, etiamsi non plane certum est, eum archontem anno 143/4 p. Chr. ascribendum esse, id quod supra (ad n. 70) probare conatus sum. Iam non certum quidem est, eundem esse Phocionem Paeaniensem hic atque illic; sed verisimile id esse concedet qui Phocionis nomen in titulis Atticis aetatis Romanae satis rarum esse reputaverit. Minus etiam certa sunt ultimi versus supplementa. Sed ex eadem familia (de qua cf. adn. ad n. 676) praeco senatus Areopagitici est etiam in titulo n. 1008. Et si modo ex hac familia fuit, inter tres illos Lysiadas is qui medius fuit aetate, Sospidis filius, qui fere aequalis fuit Flavii Phocionis Paeaniensis, intellegendus est.

1013 Fragmentum tabulae lapidis Pentelici, inventum orientem versus ab Erechtheo. Pittakis vidit in collectione quae est in Propylaeis sub n. 1531. Nunc periisse videtur. Ed. Pittakis l'ancienne Athènes p. 342. Eph. 1071.

```
          [Θ]
ΦΙΛΙΝΟΣΦΙΛ[Ι]
ΠΡΩΤΟΓΕΝΗΣ
[Θ]ΕΟΦΡΑΣΤΟΣΑΛ[Ε]
5 [Δ]ΙΟΝΥΣΙΟΣΔΗΜ
[Δ]ΙΟΝΥΣΙΟΣΑΓΑ
 ΘΗΡΩΝΗΡΩΔ
 ΚΗΡΥΞΕΞΑΡ
 ΕΠΙΚΡΑΤΗΣΚΑΛ[Λ]
10 Α . . . . . ΑΥΛ[Η]
ΚΑ . . . . . ΩΝΜΗΡ
          ΚΗΡΥ[Ξ]
          [Ι]ΡΑΤΟΣΠ
            ΔΗΜΟ
15      ΑΠΟΣ  Α .
```

Var. lect. Quae uncis inclusi in Ephemeride non sunt; contra v. 7 extremum Δ in libro l'ancienne Athènes deest. Praeterea v. 10 init. Α l'anc. Ath., Λ Eph. || v. 11 extr. ΜΗΡ l'anc. Ath., ΜΗΜ Eph. || v. 15 ΝΝ ΙΟΣ Α Eph., litteris ita positis, ut Σ infra Ο antecedentis versus sit. Quae dedi, ex libro l'ancienne Athènes sunt.

. . . . . .
Θ[εσμοθέται]
Φιλῖνος Φιλι . . . .
Πρωτογένης . . . . .
Θεόφραστος Ἀλε[ξάνδρου (?)]
Διονύσιος Δημ . . . . .
Διονύσιος Ἀγα . . . . .
Θήρων Ἡρώδ[ου]
κῆρυξ ἐξ Ἀρ[είου πάγου βουλῆς]
Ἐπικράτης Καλλ . . . . . .
αὐλη[τής]
Κα . . . . . ων Μηρ[ιώνου (?)]
κῆρυξ [ἄρχοντι]
[. . . . . στ]ρατος Π . . . . . .
[λειτ]ο[υργός]
. . . . . απος . . . α . . . . .

Aetas tituli definiri non potest.

1014 Lapis Pentelicus, a. 0,30, l. 1,00, cr. 0,13, inventus '*ἐν τῷ ἐκκλησιοπέδῳ τοῦ ἁγίου Νικολάου, τῷ κειμένῳ πρὸς δύσιν τοῦ νῦν ὑφισταμένου ναοῦ τοῦ ἁγίου Φιλίππου, ἐν τῷ δυτικῷ ἄκρῳ* Ἀθηνῶν' Kumanudis ('*εἰς τὸ βόρειον τοῦ Θησείου*' Pittakis); inde translatus in Museum societatis archaeologicae. Edd. Pittakis Eph. 3793 (inde Neubauer Comm. epigr. p. 133). Kumanudis *Ἐπιγραφαὶ Ἑλληνικαὶ ἐκδ. δαπ. τῆς ἀρχ. ἑταιρίας* 1860 *ἀρ.* 11. (Dumont Essai sur la chronologie des archontes Athéniens p. 57, cf. etiam Neubauer Comm. epigr. p. 173). Dumont Fastes éponymiques d'Athènes p. 52 n. 62. Diligentissime contulit Koehler, quem sequor reliquorum variis lectionibus non enotatis. Ceterum praeter Neubaueri Dumontiique commentationes conferenda sunt quae de titulo monuerunt Th. Bergk Mus. Rhen. XIX p. 605 et K. Keil Philol. XXIII p. 611.

I	II	III	IV	V
		. . ı . ıOㄥC	ΛJ //	
ΛΥΚıcı		//////////''////////	ΠΥΘΑΓ/////AC	Μ
ΔΙΟΝΥCΙ	ΜΗΔΕΙΟC	ΔΙΟΔΩΡΟC	ΛΝΤΙΟΧΟC	ΧΑΡJ
ΘΕΟΔΩΡ.	ΜΗΔΕΙΟC	ΛΥCΛΝΔΡΟC	ΠΟΛΥΛΙΝΟC	ΚΑΛΛΙΚı
ΔΙΟΤΙΜΟC	ΜΗΔΕΙΟC	ΛΥCΙΑΔΗC	ZΗΝΩΝ	ΠΑΜΦΙΛΟC
ΙΑCΩΝ	ΑΝΑΡΧΙΑ	ΔΗΜΗΤΡΙΟC	Λ€/ΩΝΙΔΗC	ΘΕΜΙCΤΟΚΛΗC
ΝΙΚΙΑCΚΑΙ	ΦΙΛΑΝΟΗC	ΔΗΜΟΧΑΡΗC	ΘΕΟΦΙΛΟC	∪ΙΝΟΦΙΛΟC
ΙCΙΓ€ΝΗ/C	. . ㄥΦΛ . ΤΗC	ıΛ		////ΟΗΟΟC
///////∪ΗΤ////				

Col. I v. 8 ΜΗΤ fuisse Koehlero videtur. || IV v. 1 alteram lineam Μ fuisse verisimile est || v. 6 secundo loco Θ fuisse videtur, primo nihil nisi Λ conspicuum est.

		. . . . οσο	Ἀμ	
Λυκί[σκος (?)]		. . . . .	Πυθαγ[όρ]ας	Μ . . . . .
Διονύσι[ος]	Μήδειος	Διόδωρος	Ἀντίοχος	Χαρμ . . . . .
Θεοδωρί[δης]	Μήδειος	Λύσανδρος	Πολύαινος	Καλλικρ . . . . .
Διότιμος	Μήδειος	Λυσιάδης	Ζήνων	Πάμφιλος
Ἰάσων	ἀναρχία	Δημήτριος	Λ[ε]ωνίδης	Θεμιστοκλῆς
Νικίας καὶ	Φιλάνθης	Δημοχάρης	Θεόφιλος	Οἰνόφιλος
Ἰσιγένης	. . οφά[ν]της	. α		[Β]όη[θ]ος
[Δ]ημήτ[ριος (?)]				

De hoc titulo etsi summo studio et insigni ingenii acumine complures homines docti, inprimis Neubauerus et Dumontius, disputaverunt, tamen neque illi rem ad liquidum perduxerunt, neque mihi id contigit. Primus Th. Bergk l. l. pronuntiavit, hunc esse archontum eponymorum Atticorum indicem, atque *ἀναρχίαν* quidem, quae col. II v. 6 perscripta est, ad turbas bello Mithridatico Athenis concitatas referendam esse. Cui de tituli natura quidem assentitur Keilius, sed de aetate is tacet. Quod contra dedita opera in hanc rem Neubauerus inquisivit, qui horum archontum annos ita disposuit, ut primae columnae archontes ab anno 14 p. Chr. usque ad 21 p. Chr., alterius columnae 25—30 p. Chr., tertiae 33—40 p. Chr., quartae 43—48 p. Chr., quintae denique 53—60 p. Chr. in munere fuerint. Vides eum statuere pauca modo nomina in singularum columnarum initiis et finibus intercidisse, ita ut ex quadraginta septem annorum (14—60 p. Chr.) archontibus triginta septem nomina aut integra aut ex parte servata sint, perierint non plus quam decem. Quare pleraque archontum eius temporis, qui aliunde, inprimis ex Phlegontis libello, noti erant, nomina hic sibi agnoscere videbatur, quum exemplo Pittakisiano, quo tunc uno uti licebat, quodque negligenter confectum esse apparebat, emendationes adhiberet ex parte satis audaces. Sed accuratioribus tituli exemplis hae emendationes non comprobatae sunt (veluti col. IV v. 3 et 7 Antiochi et Theophili nomina, pro quibus ille ex Phlegonte Antipatrum et Dinophilum, annorum 45 et 49 p. Chr. archontes, substituere voluerat, in lapide esse constat), quare ipse, Kumanudis apographo cognito, illam de horum archontum aetate sententiam non iam teneri posse integram candide professus est (p. 173). Quare Dumontius l. l. aliam rationem proposuit, ex qua *primae* columnae nomina ad annos 7—1 a. Chr., *alterius* ad 10—15 p. Chr., *tertiae* ad 25—30 p. Chr., *quartae* ad 38—44 p. Chr., *quintae* ad 53—60 p. Chr. pertinerent, eamque adornationem unam veram esse satis subtili calculo mathematico confirmare conatus est. Omnino vero illius aetatis hos esse archontes propterea Dumontius coniecit, quia satis multa nomina hic redirent, quae archontum illius temporis esse aliunde cognitum habeamus. Quae nomina si accuratius examinaverimus, apparebit debilissimum hoc esse argumentum. Nam *Medeum* quidem archonta Athenis fuisse constat (C. I. Att. II 466), *Iasones* vero adeo tres (C. I. Att. II 460. 461 cum Koehleri adnotationibus), sed hi omnes multo antiquioris aetatis sunt, ita ut ipse Dumontius Medeum et Iasonem huius tituli ab illis diversos, praeterea nusquam commemoratos, statuerit. Ita vero nullum iam ex his nominibus aetatis indicium peti licet. Porro *Niciae* et *Zenonis* nomina tam frequentia sunt, ut etsi Niciam Sarapionis f. Athmonensem Augusti aetate (n. 65), Zenonem vero quendam paulo post in munere fuisse constat (part. IX class. 3 init.), tamen his nominibus nihil omnino probetur. Accedit quod Zenonis certe annus non potest is esse, quem Dumontius voluit (42 p. Chr.). Eum enim Rhoemetalca, quem Neubauerus (Hermae X p. 145) anno 37/8 p. Chr. ascribendum certissimis argumentis effecit, antiquiorem esse infra docebo. Restant ex eis archontibus, quorum aetas certa est, *Metrodori* et *Callicratidis* nomina, quae ille in columna quinta invenisse sibi visus est, ex quibus illi annum 53, huic 55 p. Chr. tribuit. Ac sane eos fere aequales esse et ad Claudii principatum pertinere tituli ephebici docent (part. IX class. 3). At quis demonstrabit haec nomina re vera hic scripta fuisse? Metrodori quidem nomen num fuerit, ubi nihil praeter litteram Μ exstat, plane dubium est: at ne Callicratidis quidem tam certum est, quam Dumontius vult. Plane eodem iure enim Καλλικρ[άτης] supplere licet.

His nominibus igitur minime demonstratum est, hos archontes eorum potissimum annorum esse, quibus Dumontius eos tribuit: sed omnino *non posse* eos ad illam aetatem referri iam docebo. Ultimae columnae nomina, ut dixi, ad annos 53—60 p. Chr. rettulit. At novimus ex Phlegontis libro archontes *Dionysodorum* (Ol. 208, 1 = 53 p. Chr.) *Cononem* (Ol. 208, 4 = 56 p. Chr.) *Thrasyllum* (Ol. 210, 1 = 61 p. Chr.). Hic vero septem nomina nominumve reliquias continua serie se excipientia habemus, inter quae nullum ex eis tribus fuit. Sane inter Pamphili et Themistoclis nomina Pittakis in Ephemeride exhibet Ζήνων; idque et Neubauerus et Dumontius mutaverunt in Κόνων, ut hunc laterculum cum Phlegontis testimonio conciliarent. At cum iam Kumanudis in tabula omiserit illud nomen, sed tamen in tituli exemplo minusculis expresso retinuerit, ita ut dubium certe esset, utrum in lapide sit necne, nunc iam Koehleri testimonio et Dumontii ipsius

apographo in Fastis epon. Att. expresso plane constat illic neque hoc nomen neque vacuum spatium esse, sed Pamphili et Themistoclis nomina ipsa se excipere. Iam apparet, columnae quintae nomina non modo his ipsis annis, quibus Dumontius ea ascripsit, tribui non licere, sed ea, si omnino imperatorum Romanorum aetatis essent, aut anno 61 p. Chr., qui est Thrasylli archontis, recentiora, aut anno 45 antiquiora (quia si inter hunc et a. 53 p. Chr. intericerentur, Antipatri (a. 45 p. Chr.) et Dinophili (a. 49 p. Chr.) nomina desideraremus) esse debere. Qua re Dumontii calculi non mutantur, sed plane evertuntur. Atque omnino si reputaverimus, ex Dumontii adornatione annorum 37—61 p. Chr. exstare in lapide quattuordecim nomina aut integra aut mutilata, periisse non plus quam decem, si meminerimus, sex esse omnino huius temporis archontes, quorum annos aliunde cognitos habeamus (Rhoematalcas a. 37 p. Chr., Antipater a. 45 p. Chr., Dinophilus a. 49 p. Chr., Dionysodorus a. 53 p. Chr., Cono a. 56 p. Chr., Thrasyllus a. 61 p. Chr.), quis tandem credet, ex his sex nominibus ne unum quidem esse inter quindecim illa quae servata sunt, omnia sex inter decem quae perierunt? Mirum sane casum, qui omnia deleverit, quae aliunde sciebamus, diligenter servaverit, quae adhuc ignorabamus!

Dumontii igitur sententiam futilem esse, neque omnino cum eis quae de archontibus medii a. Chr. saeculi memoriae prodita sunt, hanc tabulam ullo modo conciliari posse apparet. At quid de ea statuendum sit, ne mihi quidem indagare licuit. Ne id quidem, quod postquam a Bergkio propositum est nemo quod sciam in dubitationem vocare ausus est, hunc esse archontum eponymorum Atheniensium laterculum, plane certum mihi videtur. Gravissimum eius rei argumentum est vocabulum *ἀναρχία*, quod col. II v. 6 invenitur, quo annum archonte eponymo carentem designari constat. Alterum accedit ex titulo Deliaco C. I. G. 2296 petitum, quod primum Neubaueri sagacitate inventum est. Illic enim habemus archonta *Διονύσιον τὸν μετὰ Λυκίσκον*, quae eadem duo nomina hic initio col. I se excepisse videntur. Sane etiam illius tituli aetas incerta est, quare supra inter aetatis indicia haec nomina non commemoravi: sed archontes Atticos hos esse inde apparere videtur. Quamquam hoc argumentum non tam firmum est quam id de quo ante dixi; illi archontes enim qui in titulis Deli Atticae sunt utrum Attici sint an Deliaci ambigitur.

